



Doctrina M. Buceri De Praedestinatione. Causa peccati. Libero Arbitrio. Excaecatione impiorum.

<https://hdl.handle.net/1874/429708>

DOCTRINA

M. Bucert

De Prædestinatione.
Causa Peccati.
Libero Arbitrio.
Excæcatione Impiorum.

Hierem. VI.

HAEC DICIT DOMINVS, STA-
 te super vias: & uidete, & interro-
 gate de semitis ANTIQVIS: Quæ
 sit via bona , & ambulate in ea: &
 inuenietis refrigerium animabus
 uestris.

M. D. LXII.

ДИЯТВОД

СІДАМ

СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ

СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ

СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ

СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ

СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ СІДАМ

СІДАМ СІДАМ

3

MARTINVS BVCE⁹

RVS IN ENARRATIONE CAP.

VIII. Epist. ad Rom. Impress. Argentinæ per
Vuendelium Rihelium Anno XXXVI.

Quæstio de Prædestinatione, quid ea
sit, ad quid nobis consideranda, &
an libertatem arbitrij tollat.

προστίθενται quam prædestinationem vulgo
uocant, quasi præfinitio dicitur, utitur enim
D. Paulus uerbo προστίθενται, quo duo signifi-
care uoluit. Unum, sanctorum electionem,
& à reliqua hominum perditorum collauisse
separationē, id quod scriptura uerbo הברַל
dicit. Nam hoc uerbo Dominus utitur,
quando loquitur de electione suorum ē reli-
quis populis, ut Leuit. 20. & Num. 16. Alter-
rum, electionem sanctorum antequam sint.
Nam Apostolus hoc loco id agit, ut doceat
Deum nos destinasse saluti antequam esse
mus, nedum antequam aliquid boni fecisse-
mus: & ex hoc probare instituit, certam elec-
& immotam hanc Dei voluntatē de nostra
salute, quam auertere nulla creatura possit.
Quippe quam Deus ex se & sua bonitate,
quæ mutari non potest, & nullo nostri me-
riti respectu, quod adeo misere uariat semē

A ii

per, sumpserit. Proinde idem est hic præscri-
re, præfinire & præeligere, ut ita loquar. Ele-
git enim nos Deus in Christo ante facta fun-
damenta mundi, cum præfiniuisset, *προορίσας*

Quid præ- in adoptionem filiorum Ephe. i. etc. Est ergo
destinatio *προορίσεις*, id est, præfinitio quam uulgo præ-
sanctorum. destinationē uocamus, designatio illa Dei,
qua apud se designat, & iam à reliquis homi-
nibus seligit atq; separat, quos suo tempore
in uitam hanc productos filio suo Domino
nostro Iesu attrahat & inserat, & attractos
ei & insitos per eum regnabat, & ad placita
sua sanctificet.

Prædestina- Hęc uero, ut dixi, sanctorū prædestinatio
tio genera- est. Alioqui cum *προορίσεις* sit simpliciter præ-
lis rerum finitio, & Deus præfinito agat omnia, ni-
hil non ad suum usum deputans, atq; ita ab
alijs rebus, quantum ad istum suum usum
attinet, separat, si in genere definire hanc præ-
finitionem uelis, erit, Rei cuiusque ad suum
usum deputatio, qua Deus singula antequā
condiderit, ab æterno ad certam aliquem
usum destinat.

Prædestina- Hinc & malorū quoq; prædestinatio est.
tio repro- Nā sicut & hos ex nihilo singit Deus, ita sin-
borum. git ad certū finē. Sapienter enim facit omnia
nihil nō ad malorum præfinitum, et bonum
usum. Etiā imp̄ *πονητής*, id est, organa & instru-
menta Dei sunt, intra. 9. Fecit Deus omnia
propter semetipsum, etiam impium ad diem
malum,

5

malū, Prouer. 16. Sed hunc Theologi non sustinent uocare prædestinationē, sed uocant reprobationem: at Deus nihil nō benefacit atq; sapienter, ideo nihil etiam nō destinato. Tradidit in sensum reprobum, & excitauit Pharaonē, ut in eo puniendo ostentaret potentia suam. Esau quoq; odio habuit, prius quam mali quicquam fecisset. Sic simpliciter loquitur scriptura. At qui cum Deus hos, et impios quoscunq; finxit, quis neget eum pre sciuisse antequā eos fingeret, ad quæ illis uti uoluerit, & ad ea tū illos ordinasse atq; destinasse? Quid uerat igitur ut dicamus, & horum esse prædestinationē? Nullo certe malo Deus non bene uititur, & nihil est quod nos peccamus in quo non sit aliquod bonum opus Dei. At Apostolus in præsentī loco & ad Ephe. i. ubi uerbo πρεπήσθω usus est, de certitudine agit benevolentiae in sanctos suos. Vnde prædestinationē Dei, de qua hic Apostolus loquitur deputatio est sanctorum ad communionem salutis.

Non autem hoc mouet eos, qui prædestinationem solis sanctis attribuunt, & malis reprobationem: sed quod uidetur illis Deo indignum dicere, Deum aliquem præfinisse ad perditionem. Atqui scripture non ueretur dicere, Deum tradere quosdam homines in sensum reprobum, & agere in perniciem. Quid igitur indignum deo, dicere, e-

A ij

6

tiam statuisse antea, & illos in sensum repro-
bum traderet, & ageret in perniciem?

Sed humana ratio nec istud ferre potest,
Deum quosdam indurare, excæcare, trade-
re in sensum reprobum: & inde est, quod ir-
religiosum putat Deo tribui, quod ad hæc
quenquam præfinierit, atque destinarit. Ete-
nim nouit apud homines eum summæ ini-
quitatis ac crudelitatis datum natum iri, qui
seruum suum excæcaret, cum ab eo aliquid
officij requireret, quod is nisi uidens præ-
stare non posset, & inde poenas de eo sume-
ret, quod non fecisset quæ illi iussisset. Ad
eum iam modum iudicat & de Deo, censem
que eum iniquè exigere ab his quos ipse in-
durat, excæcat, & in sensum reprobum tra-
dit, eam uitam, quam nemo uiuere potest,
nisi ab ipso Deo ad id regenitus, illuminatus,
& nouo rectoq; sensu donatus, & crude-
liter punire istiusmodi, cum ea admittunt,
quæ fert eorum induratio, cæcitas & mens
reproba. Hoc ergo rationis nostræ iudicio
offensi, alij exciderunt eo, ut dicerent, Deum
tandem omnes impios illuminaturum &
seruaturum, contrà tam multa expressa ora-
cula scripture sanctæ. Alij autē qui scripturæ
sanctæ simpliciter & ubiq; fidem habuerunt,
cooperunt illa, indurauit, excæcauit, tradidit
in sensum reprobum, interpretari: per deser-
uit suo spiritu, permisit excæcari, indurari.

Atqui

Atqui neutro modo rationi humanae satis fieri potest, nam agnoscere illa non potest, qua iustitia Deus uel ad tempus excæceret, induret & in sensum reprobum tradat homines, à quibus exigit uitam omnibus modis sanctam & iustum. Tum non potest non in humanum iudicare, Deum uel permettere labi, quos solus à lapsu seruare potest: & crudele, poenas sumere de lapsis, qui ope eius destituti non potuerunt non labi. Proinde iudicium rationis hic penitus rei sciendum est, & fatendum iudicia Dei esse abyssum multā, esse in perscrutabilia: iustamē. Iustus enim est Dominus in omnibus iūjs suis, etiam ubi lecus nostrae rationi uidetur. Fatendum itaque nobis est, Deum iuste exigere à nobis uitam sanctam, & uirtutibus omnibus ornatam, iuste etiam quos uult indurare, excæcare & tradere in sensum reprobum, iuste deniq̄ hos damnare & punire: nobis autem omnem culpam nostræ perditionis adscribendam esse. De qua redicemus in sequenti capite nonnulla, & diximus iam in Sect. 7. cap. 1. Dum itaq̄ consistit ad gloriam Dei pertinere, quod prædictur indurare, excæcare, & tradere in sensum reprobum quos uult, satis liquet, etiam dici posse, Deum hos ipsos in hanc sortem præseisse, & destinasse antequam eos conderet. Agit enim præfinito & certo cōsilio omnia.

Istuc tamen hic obseruandum est, non esse Deo in his, quos indurat, excæcat, & evertit, finem ultimū eorum perditionem. Propter se enim Deus, & in gloriam suam fecit omnia, etiam impium ad diem malum. Prover. 16. Hinc dicebat Dominus Pharaoni: In hoc ipsum excitaui te, ut declararent in te uirtutem meam, & celebraretur nomen meum in omni terra. Et ubique in scripturis gloria Domini finis esse ultiōis malorum prædicatur. De graui omnium gentium ultiōe & deiectione prædicebat Ies. 2. ibi ergo aliquoties repetit istuc: Solus Dominus in die illa sublimis erit. At proximum tamen finem, perditionem malorum sibi esse, dum excæcat & indurat eos, Dominus ipse gloriatur. Cum enim Ies. 6. de induratione & excæcatione malorum loquitur, hanc caussam subiicit: Ne resipiscant & sanem eos. Hinc & infra sequenti capite, dicuntur reprobi organa iræ facta & coaptata in perniciēm, κακηρτισμόν. Ex his itaque liquet, quid sit prædestinatio. In genere est cuiusque rei in suum usum diuina deputatio. Prædestinatio autem sanctorum, de qua hic Apostolus, electio & destinatio sanctorum ad salutem sempiternam.

Prædestina Altera pars huius quæstionis erat, ad
tio ad finē quid sit prædestinatio consideranda. Istuc ad-
modum

modum religiose & diligenter docet Philip-*mandam*
pus Melanchthon. Ad nihil sane aliud, quā fidem con-
ut de salute tua certior sis, & firmior inhæ-*syderanda*
reas promissionibus Dei. Primū sanē quod est.

Deus à nobis poscit, est, ut credamus eum
esse Deum, id est, seruatorem, ut cum audí-
mus illum ad se inuitare omnes qui labo-
rant & afflitti sunt, accurramus toro pecto-
re. Certe quos uocat Deus, si sequantur mo-
do uocantem, prædestinavit eos atque præ-
sciuit; iustificabit quoq; & glorificabit. Itaq;
primum quod Deo debes, est ut credas esse
te ab eo prædestinatum, nam id ni credas, fa-
cis eum tibi, cuin te ad salutem uocat per
Euangelium, illudere. uocat enim te Euange-
lio ad iustificationem & gloriae suæ commu-
nionem: hæc autem non potest contingere
ni si prædestinatis, præscitis & electis in hoc.
Omnia siquidem Deus præfinito facit, quia
sapienter. Proinde si dubitas te prædestinatū
esse, dubitare quoque necesse est, te esse uoca-
tum ut saluus sis, esse iustificatum, esse deni-
que glorificandum, hoc est, necesse est te du-
bitare de omni promissione salutis tuæ, du-
bitare de Euangilio, hoc est, Deo nihil crede-
re omnium quæ tibi in Euangilio offert.
Qui namque uere credunt, n̄ habent uitam
æternam, & dubitare se hanc habere tam
non possunt, quam non dubitare de illa pro-
missione Domini, Qui credit m̄ me, habet
uitam æternam.

Ex his itaq; facile patet, prædestinationē
Dei de nobis & alijs, in hoc esse consideran-
dam, quo confirmetur nobis fides in pro-
missionem Dei, eò quod, ut hic Apostolus
affirmat, indubitatum est sanctis, Deū quos
prædestinauit, eos etiam uocaturum, iustifi-
caturum, & glorificaturum: & quos uoca-
uit iam, eos indubie etiam præscisse atque
præfinisse. Et hac de causa Apostolus men-
tionem electionis & prædestinationis addu-
cit, ubi cuncti eius meminit. Istuc si de nobis
perpendamus, incrementum accipiet fiducia
in Deum, & hinc amor eius & omne bonū:
ita ut cum neglectu odioque Dei omne ma-
lum inuehitur, quando admittitur de nostri
prædestinatione dubitatio. Ergo tanquam
caput omnis noxiæ temptationis repellenda
est hæc quæstio, Sumus ne prædestinati. Nā
ut dictum, qui de hoc dubitat, nec uocatum
se & iustificatum esse credere poterit, hoc est,
nequit esse Christianus. Præsumendum igit
tur ut principiū fidei, nos omnes à Deo esse
præscitos, præfinitos, separatos à reliquis &
selectos in hoc ut æternum seruemur, hōc q;
propositum Dei mutari non posse: & inde
omnis nostra cogitatio curaçq; in hoc inten-
denda, ut prædestinationi huic Dei & uoca-
tioni respondeamus, ut ad uitam æternā nos
pro viribus quas nunq; Dominus suppedita-
tarit cooperemur: quas etiam augeri nobis
orare

11

orare debemus sine intermissione.

Sed occurunt ista, Multi uocati, pauci est Multi uocati & electi. Et, Non omnis qui dicit mihi domine ti, pauci ele^{cti} domine, ingreditur in regnum Dei, sed qui ~~ti~~ facit voluntatem meam. Illud, Multi uocati & pauci electi, de eo dictum est, quod multi per Euangelium uocantur, qui tamen ad Christum non ueniunt, quia electi non sunt. Tu ergo crede Euangelio & uenisti, indeq^{ue} à posteriori dubitari de te non poterit, quin præscitus, & secundum propositum uocatus, prædestinatus & electus sis. Illud autem, Non omnis qui dicit mihi Domine domine, inciteret te ut voluntati Dei diligentius studeas: in hoc enim à Domino dictum est, nō in hoc, ut de tua uocatione & electione dubites. Verum quidem est, quo amplius iustitiae studias, hoc tibi & alijs magis firmatur certitudo de tua uocatione & electione: solidum namque studium iustitiae, tale dominum Dei est, ut nullis nisi prædestinatis & electis concedatur: probat ergo omnino esse electum & prædestinatum serio studere iustitiae: Sed quia manca a deo & mutila est omnis nostra iustitia, ut eius merito nūquam de salute nostra certi esse possimus, neque enim ea legi Dei satisfacit, prædestinationis & electionis nostræ certitudo ex sola Dei promissione & uocatione petenda est, & animus

mus semper à nostra iustitia, quæ in oculis
Domini per se semper abominatio est, in
promissionem Dei attollendus.

Vt confir- Nam quod in altera epistola, quæ D. Pe-
mamus nos tro adscribitur, legitur, Propterea magis stu-
nostram ele dete fratres firmam reddere uestram uoca-
tionem. 2. **etionem & electionem,** hoc enim cum fecer-
Pet. 1. tis, nunquam impingetis, non sic intelligent
dum est, quasi firmitas electionis & uocatio-
nis nostræ ulla ex parte penderet ex operi-
bus nostris, sed quod studendo bonis ope-
ribus, id ad quod uocati & electi sumus, im-
plemus, uel potius domino ad perficiendū
id cooperamur & inseruimus. Electionem
hic & uocationem pro uita dixit, ad quam
electi uocati sumus. Vnde subiicit, hoc fa-
cientes nunquam impingetis, hoc est à uia
Domini quæ uestra est uocatio & electio est,
nusquam decidetis: quod utiq; studio serio
pietatis, iuuante nos Domino, cauetur.

Quæcunq; ergo scripture loca, ad proden-
dam hypocrisim, & incitandum studiū san-
ctimoniae, iubent nos in nostra opera respic-
cere, & testantur frustra nos inuocare Domi-
num, sine solido studio domino uiuendi, de-
bemus sic intelligere, & considerare, ut no-
bis diffisi, & iustiam nostram omnem pro
nihilo ducentes, primum omniū firmemus
nobis

nobis fiduciam bonitatis diuinę, ut inde spe bona concepta de Deo, & Domino nostro Iesu Christo, ipsi nos approbare ardeamus: hinc mox incitabimur, ut in mortificanda carnem nostra & meditanda iustitia nihil ad summum studium faciamus reliqui. Ista de eo in praesenti satis sint, ad quid nobis prae destinatio Dei consideranda sit.

Ex sanctis patribus non recte intellectis, Meritana extitit aliquando is error, nostra bona ope ~~stra~~ Deus ra esse aliquo modo caussam nostrae praedestinacionis, quod Deus praeuidens suos gra in praedestinationem suam oblatam amplexaturos, & donis nando prae suis probe usuros, eos hac de caussa praedestinatio spicit. sinet, & ad salutem prefiniat. Sed hunc errorrem etiam D. Thomas recte confutat Parte 1. q. 23. ateo, quod effectus praedestinationis est, quicquid in nobis boni est. Deus sane in nobis, qui ex nihilo sumus, quid praeuideat, nisi quod ipse nobis ex sua bonitate statuerit donare. Nihil igitur in nobis prouersus esse potest, quod respiceret Deus nos inter salvandos praefiniendo: propter se ipsum facit, donatque nobis omnia. Alius quidem esse effectus praedestinationis alteri caussa est, ut adflatus sancti spiritus recti iudicij, rectum iudicium probae voluntatis, proba voluntas sancti operis, sanctum opus mercedis, quam a Dominus ex infinita sua bonitate repensit.

dīr. At hēc omnia ex sola & gratuita Dīi
beneficentia proueniunt. Perstat igitur ex
prædestinatione fiduciam salutis confirmā-
dam esse, prædestinationis autem certitudo
nequaquam ex nostris operibus, sed ex pro-
missione diuina petenda, ac ita semper ad fi-
dei confirmationem prædestinatione confide-
randa est: nunquam autem ulla ex re præde-
stitutionis dubitatio admittenda.

Tertium in quæstione erat, an prædesti-
natione tollat libertatem arbitrii. De hac re in
sequenti capite dicemus fusius. Sed qui per-
pendit quid sit libertas arbitrii, & de præde-
stitutione quæ hic differuimus teneat, huic
Quid libertas arbitrii nihil supererit de hac questione dubij. Liber-
tas siquidem arbitrii est, facultas ex proprio
arbitrio, sine ulla coactione agendi quod ui-
detur, sine coactione inquam, non sine necel-
litatē. Deus siquidem necessario uult quæ re-
cta sunt, nec potest diuersum uelle, & tamē
libertatem habet arbitrii sumimam: & nos
tum demum plenam libertatiē habebimus,
quando nō poterimus uelle quæ mala sunt,
& necessario uolemus quæ bona sunt. Liber-
tas ergo arbitrii, & liberum arbitrium, id
est, ~~aut~~ arbitrii, potestas est agendi pro tuo arbi-
tratu, ut à te agas, non agaris ab alio con-
tra quām agi uelis: exclusa ui, quæ impel-
lat, rapiātue inuitum, non constantia recte
agendi

agendi & ex dono Dei, necessitate.

Iam ex dictis pater, prædestinationem esse diuinam designationem sanctorum in id ut sempiternæ salutis per Christum dominum compotes fiant. Salus uero hæc est, ut adflatus Dei spiritu plenissime uideas, & solidi iudices quod uere bonum est, & persequare idem studio pertinacissimo, & perpetuo. Perficitur uero cum depulso omniero re & ingenij nostri prauitate, iam nihil aliud probare & confessari possumus quam quæ uere bona sunt. Ex his ergo consequitur, quod prædestination adeo non tollat libertatem arbitrij, ut eam sola adferat. Spiritus siquidem ille ueræ libertatis, ut ipse probes quæ bona sunt, & persequaris ea tuo arbitratu, ex te ipso, à nemine contra tuam uoluntatem impulsus, hinc tibi contigit, quod te Deus præsciuit & præfiniuit, ut hoc spiritu adfleris & agaris. Ea minime libertas est, ut mala pro bonis amplectare, sed error est & captiuitas Satanæ. Ut facias quæ uis, & uelis quæ saluti sunt, id demū, ut scire D. Augustinus scripsit, uera libertas est. Teneri sensu reprobo & libidine mala, teterima & æternum noxia non tam seruitus quam captiuitas est ut supra 7. Apostolus docuit. Imaginamur, sed stulte, id libertatis esse, ut possimus uitam Dei amplecti aut repudiare:

cum

cum repudiare eam sit seruitutis & miseri-
tiae captiuitatis peccati. Vltro & tuo ipsius
iudicio atque uoluntate, imo amore & stu-
dio summo uiuere ad placita Dei, haec de-
mum uera est arbitrij libertas. Hanc itaque
prædestinatio tollere non potest, cum sola
eam adserat: liquet igitur & hoc, certitudi-
nem salutis, quæ est à prædestinatione, liber-
tati arbitrij nihil detrahere, sed eam perfice-
re. Etenim, ut D. Augustinus uerissime scri-
psit, sicut falli non potest Deus, ita nequit
non seruari quicunq; prædestinatus est, quod
paulo ante adduximus ex libro de correptio-
ne & gratia.

Paucula sunt hæc quidem de argumento
tam fœcudo, at si quis ea religiose expēdat,
de prædestinatione facile se se ita expediet, ut
cum nihil lateat eorum, quæ sciri de prædes-
tinatione à nobis possunt cum fructu pietatis.
De eo tamen, quod nihil nostrę perditio-
nis imputari possit Deo, nos non præ-
destinati ad salutem, sed etiā
reprobanti, & induranti,
dicemus in sequenti
capite.

MARTI

MARTINVS BVCE^E

RVS IN SEXTVM CAPVT MAT-
thei. Imp. Basileæ per Ioannem Heruagium.
Anno M. D. xxxvi.

*Et ne inducas nos intentionem.) Tentatio Tentatio
 quam deprecari hic Christus docet, indubie duplex.
 eiusmodi est, cuiusmodi discipulis suis im-
 minebat in mōte oliuarū, quando domino
 ad mortē usq; perturbato illi dormiebant,
 unde eos ad uigilandum, & orandum hor-
 tabatur, dicens: vigilate & orate ne ueniatis
 in temptationem. Spiritus quidem promptus
 est, caro autem infirma. Hæc uero erat, in
 quam mox inciderunt, præ fidei imbecillita-
 te deserentes & negantes, quem paulo ante
 salutis autorem fuerant confessi, & iuraue-
 rant potius cum illo se morituros, quam in
 periculo relicturos. Proinde deprecationis
 huius sensus est: Serua nos pater, ne in eam
 temptationem ueniamus, qua fide in te nosira
 indignum aliquid committamus. Tentat
 nanque, id est, explorat Deus homines ua-
 rie. Tentauit Abraham cum iuberet sibi im-
 molare filium, eaq; temptatione protulit in lu-
 cem, quæ in corde ipsius latebat, fidem cer-
 tam, & obedientiam pronam. Non aliter
 tentauit & Job, tentatq; sanctos quoslibet.
 Tentauit uarijs etiam afflictionibus Israeli-*

tas in deserto, & sic effecit, ut bona pars suram, quam corde tenebant, etiam ipsis absconditam dissidentiam & Dei contemptum, dum identidem contra ipsum murmurarent, multisque blasphemis irritarent, proderent. Inde est, quod illis Moschel 8. cap. quinti libri dicebat, Memoria reputabis omnem viam, qua te duxit Dominus Deus tuus per desertum, annis quadraginta, ut affligeret te, & tentaret te, quo sciretur quid in corde tuo esset, obseruares eius mandata, an secus. Declaratum enim fuit, cum nunc fame, nunc siti, nunc alijs necessitatibus adfligerentur, plures eorum nihil adhuc fidei in cordibus haberent, et precepta Deine quaquam obseruare, ut a quibus animum omnino alienum obtinerent. Istiusmodi iam temptationem, deprecari nos Christus docet, non priorem, quali sancti omnes tentantur, & sicut aurum igni probantur. De qua Petrus in priore epistola cap. 1. Virtute Dei custodimini per fidem ad salutem, quae in hoc parata est, ut patesiat in tempore supremo, in quo exultatis, nunc ad breve tempus afflicti, in varijs temptationibus, si opus sit, quo exploratio fidei uestræ, multo preciosior sit auro, quod perit, & tamen per ignem probatur. &c.

Quod autem docet orare patrem, ne inducat

19

ducat in temptationem , innuit illum quos-
dam in temptationem inducere , qua impieta-
tem non tam produnt , quam commitunt ,
id etiam alias scriptura testatur . Talis erat ,
qua obfirmauit & induravit cor Pharaos-
nis , ne audiret mandatum suum , & Israël di-
mitteret 2. Mosche quarto & septimo . Item
Ieschaïe 6. prædicatori salutis præcipitur di-
uinitus : In crastia cor populi huius , & aures
eius agrava , & oculos eius obtura , ne for-
te uideat oculis , & auribus suis audiat ,
& corde suo intelligat , & reuertatur , & cu-
rationem accipiat . Vide Christo , & cuique
prædicatori mandat Deus , ut impios , atque
a se rejectos plane obcaecet , & in malo stu-
pidos reddat , quod & faciunt , dum illis
uerbum Domini annunciant . Sic prosector Deus , &
Pharaonem Moscheh , Christus Phariseos , qui uerbum
Paulus plurimos Iudeorum & gentium , dei docent ,
prædicando quæ saluti illis fuissent , si fu- indurant
stiuissent ea credula mente amplecti , tan- malos .
tum deteriores , ac penitus in impietate red-
diderunt obstinatores . Idem usu uenit quo-
tidie , quotquot in magna Dei domo ua-
sa iræ sunt , cum uoluntatis Dei admo-
nentur , non solum in malo obfirmantur , sed
etiam , ut quæ Dei sunt impugnent , efferan-
tur . Atque ita experiuntur in pernicie sibi
cedere , quod cedit in salutem p̄ijs , ac
sibi esse in ruinam , quod electis est in ce-

surrectionem , letiferum denique odorem
inde hauriunt , unde filijs Dei uita spi-
rat.

Quos ergo ita Deus indurat , & quibus
mittit , qui suo illos uerbo excæcent , hos u/
tiq; in temptationem inducit . Paulus testatur
tradi à Deo quosdam in sensum reprobum .
Rom. i. quid & hoc aliud est , quām induci
ab ipso in temptationem? Neque sane aliude-
rat cum à Schaul spiritus Domini recede-
ret , et turbaret illum malus spiritus à Domi-
Deus indu-
nit in tenta-
tionem. no. 1. Schmuēl. decimosexto. Ita Dauidem
in temptationē Dominus induxit , cum Israēli
iratus , cor eius incitaret , ut numerari popū-
lum præciperet , id quod Satan fecisse scribi-
tur . 1. Chronicorum 21. ut enim Schauli ma-
lum spiritum , qui ipsum perturbaret , immis-
sit , & in os Prophetarum Acheab spiritum
mendacē , qui eum deciperet , dedit : ita hacte-
nus & contra Dauidem Satanam misit , qui
cor eius incitaret ad populū numerandum ,
quod & populo , cui Deus nimirum iratus
erat , male cederet : quæ profecto grauis ten-
tatio fuit . Apertis itaq; scripture testimonij
euincitur , Dominum inducere in tentatio-
nem tam suos , quam reiectios , & in eam
temptationem non solum , qua aduersis exter-
nis probentur , quæ tentatio peculiaris san-
ctis est , uerum etiam qua errant , peccent , &
malis

malis seipsoſ ac alioſ inuoluant. Vnde Ieſcha. 63. queruntur etiam electi. Quare, inquiunt, ſeduxiſti noſ Domine à uñs tuis, & indurasti cor noſtrum, ne timeret te conuertere propter ſeruos tuos, & tribus hæreditatiſ tuæ &c. Porro tentatio qua penitus quodam excæcat & indurat, ea peculiariſ eſt reiectiñs, qui uafa iræ ſunt, parati ad interitū, quos Deus fert & profert ad declarandam iram & potentiam ſuam. Rom. 9.

Dura plerisque hæc uidentur, quod uide re nequeant, qui conueniat, Deum peccatiſ iraſci & ea punire, & teſtari tamen de ſeipſo, quod induret & obſiſmet quodam, ne uerbo ſuo obtemperent, & ultionem ſuam eſfugiant. Sed debent hi cogitare, Deum iudicia do-
tione noſtra maiorem eſſe, ut mirum non mihi in fu-
ſit, ſi iudicia eius nequeat peruidere: quan-
doquidem ſepe hominum præcellentium recte co-
ſapientia conſilia, abſurda & iniuſta uiden-
tur, quorum ubi exitus apparuerit, uideamus tur.
uifile conſultiſſima. Ita indubie, ubi in ſan-
ctuarium Domini ingreſi fuerimus, & De-
um uti eſt, uiderimus, nihil iniuici, nihil ab-
ſurdi unquam ab ipſo deſignatum agnoſce-
mus. Interim credamus Deū eſſe, & iustum
eſſe non dubitabimus, utq; pulcherrimo or-
dine, & decentiſſime, uniuerſam iſtam
mundi machinam gubernat, ita creditu

nobis facile erit , & cum hominibus illum
 æquissime agere. Cum ergo ipse in suis de-
 se literis testatur , se indurare , & obcæcare ,
 hoc est , in exitialem temptationem inducere
 quosdam , id tam uerum , quæm iustum esse ,
 & credamus & prædicemus.

Fructus huius erit , quod pñ , quibus so-
 lis scripturæ datae sunt in salutem , & debent
 prædicari , bonitatem Dei erga se tanto ma-
 gis admirabuntur , & amplectenteur feruen-
 tius , quod ab illo perpendent se exinnu-
 meris adeo mortalibus , cum paucissimis
 delectos , atque in eorum numerum ad-
 scitos , quos ad bonum emollire , & ad co-
 gnoscendum suam uoluntatem illustrare
 dignatur : cogitare , si Deus indurat ne-
 mo poterit emollire , si rursus emollit , ni-
 hil poterit indurare , nihil ergo erit in me si-
 tum , nihil igitur agam : si peccauero , Dei
 indurantis culpa erit , cum ipsi libuerit
 emolliet me &c. hæc utique cogitatio non
 erit hominum Deum timentium , quibus
 solis scripturæ loquuntur. Fides namque in
 Deum , quæ illum iustissimum & optimum
 agnoscit , istiusmodi cogitationes non finit
 obrepere: uerum cum audit Pharaonem in-
 duratum , alios in sensum reprobum da-
 tos , magis expauescit : sic tamen ut mox in
 mirificam quandam gratulationem exar-
 descat,

descat, reputans immensam Dei erga se benignitatem, qui se emollire non indurare, illustrare, non obscæcare sit dignatus. Reprobi autem, non in hoc solo Dei uerbo offenduntur, sed ambulantibus in tenebris offendicula sunt uniuersa.

Deinde iuxta agnoscendum & prædictandum est, peccatum esse, iustaque Dei ulatione puniri, quicquid uerbo eius aduersum uel cogitauerimus, uel concupiuerimus, ne dum uerbo uel facto designauerimus, quamlibet à nobis nihil nisi peccare possumus, & in tentationem Dominus ipse nos inducit, errareque facit à uis suis. Id enim non tantum lex comprehensa literis, sed etiam quæ insculpta est in cordibus nostris, euincit. Ab optimo nanque conditore conditi, boni esse, atque ad ipsius nos comparare voluntatem iure debemus: quod si negligimus, peccatum certe est, & ab optimo opifice in suo opificio non ferendum. Si ergo rationem huius, quod Deus inducat, & in sensum reprobum tradit, & quod ex hoc reprobo sensu delinquimus nihilo minus ulciscitur, iniure nequimus, exclamamus cum Paulo: o profunditatem diuitiarum, & sapientiae & cognitionis Dei, quam tempestatu inscrutabilia sunt iudicia eius, & in peruestigabilis uiae eius. Rom. ii. Aequi igne-

ratur à nobis qui fiat, cum Deum scriptura testetur operari omnia in omnibus, quod tamen opera nostra omnia prauitatem habent coniunctam, si modo non sint tota, nihil nisi prauitas. Mysteria hæc sunt, in hoc seculo nequaquam reuelanda: si Deum & nos ipsos cognoscimus, Deo in omnibus gloriam, nobis uero confusione adscribemus, cuncta in nobis, quatenus Dei sunt, iusta & sancta, quatenus uero nostra sunt, peccata esse & iniuriam, tum agnoscemus, tum confitebimur.

pro
Quomodo Postremo illa: Nolo mortem impij, aut intelligens morientis, sed magis ut conuertatur & uiuat, Iehezel decimo octavo. Deus uult cunctos homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. prima Timoth. secundo, & similia, his quæ de induratione membra rauimus, haudquaquam pugnant. Indubitate ueritas est. Deum reieciisse quosdam, & illos indurare, atque excæcare, ut uasa iræ apparata in interitum, id quod abunde etiam quotidie re ipsa testatur: quare quod dicit se nolle mortem impij & morientis, sed malle ut reuertatur & uiuat, de ipsis solis intelligendum est, quos in hoc, ut conuertantur & uiuant, delegit, quibus, scilicet, Propheta potissimum loquens batur. Pharaoni enim dixit: In hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te potentiam meam, & ut

& ut annuncietur nomen meum in tota terra. 2. Mosieh. 9. & Rom. 9. Hunc induraverat, sicut solet reiectios quoslibet, ut minime conuerteretur & uiueret, sed obstinatus potius pergeret in impietate sua, & periret; ut in eo ita potentiam suam magnificaret in omni terra. Ad hunc modum & illud intellegendum, quod Paulus ait, uelle Deum cum ceteris homines saluos fieri, atque ad agnitionem ueritatis uenire. Utique ex omnibus hominum generibus & statibus suos delegit, quos ad ueritatis cognitionem perducet: quos cum certo nos scire nequeamus, debemus promiscue orare pro omnibus, id quod Paulus hoc loco agit, hortatus ut deprecationes fierent pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus in eminentia constitutis, &c. Quod ergo cunctos ait, perinde est ac si dixisset, ex cunctis aliquot: siue nullum est hominum genus, in quo non suos quoque habeat. Non raro enim (omnes) in scriptura, pro plurimis, uel (quibuslibet) accipitur.

Vult cun-
ctos salua-
ri.

De temptationibus itaque, in quas suos Deus inducit, sic sentiet Christianus. Inducit in temptationem Dominus suos, dum aduersis fidem ipsorum explorat & illustrat: in hanc induci nos haudquam deprecabimur, sed potius cum temptatione huiusmodi probamur, constantiam tentati & solidam inde-

Tentatio
non depre-
canda.

orabimus. Inducit etiam nonnunquam tentationem, dum Satanæ nos aliquatenus permittit, ut ad peccandum detorqueat, in qualem temptationem Davidem, Petrum, & alios plerosq; electos atque charos suos induxit: de quali illud Pauli intelligitur: Considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Gal. 6. Et rursum illud: Ut cognoscerem fidem uestram, ne quo pacto tentasset uos ille qui testatur, & inanis factus esset labor noster. Thes. 3. Item illud Corinth. 7. Rursum in unum conueniatis ne teneat uos Satanas, propter intemperantiam uestram. Et qui uolunt ditescere, incident in temptationem & laqueum. Quanquam autem & in hanc peccati temptationem suos Dominus non inducat, nisi in commodū ipsorum, ut lapsi, suam infirmitatem postea melius animaduertant, uiuant c̄p; & modestiores, & sollicitiores, attamen depre-

Tentatio canda est: siquidē Christus Apostolos suos deprecāda. deprecari eam in monte oliuarum habebatur, licet sciret patrem eos in illam induceturum, atq; id in salutem ipsorum tandem attemperaturum. Nostrum enim est, nunquam non deprecari, Dei nostri offendam, ut sane pio animo, Deum c̄p super omnia amanti, nihil potest accidere grauius, quamlibet Deus immensa sua bonitate, etiam quamlibet offendam in suam gloriam & bonus cedere nobis efficiat.

Inducit

Inducit postrem in tentationem Domini Tentator
nus quosdā, eam q̄ perperuam, quos Satane credētibus
prorsus captiuos tradit, in impietate obſtit, non timen-
natos: sed qui hōdi, non oues, uasa iræ, non da,
uasa gratie, hostes Dei, non filii sunt. In hanc
nunq̄ inducendos nos à Deo, nempe patre
noſtro, qui nos citra pœnitudinem, numero
filiorū suorū adſcripsit, debemus certo con-
fidere: niſi non certa fide illum patrem ape-
pellamus. Neq; enim illum uere patrem no-
ſtrum credimus esse, ſi non & in æternum
nobis ira perseveraturum cōfidimus, quod
eft eſſe patrem cœleſtem: qui eos demum
filios agnoscit, quos in hanc fortem ante ia-
cta mundi fundamēta, priuquam quicquā
boni aut mali feciſſent, de legit quos filio
ſuo ſaluandoſ donauit. Cum itaq; ē manu
Domini rapere nemo queat. Ioan. 10. & ipſe
uenientes ad ſe nequaquam proīciat. Ioan.
6. neceſſe eſt: ut qui ſemel Christi fuerint, nun-
quam ab ipſo alienētur. Cum igitur ſit in fi-
de orantis, ut ſe uerū Dei filium confidat, &
Deū ſibi in æternum patrē fore credat, ab ei
ſe oportet metū temptationis huius exitialis,
in quam Deus nequaquam inducit, niſi reie-
ctiōis, in quibus potentiam ſuam, non mi-
ſericordiam ſtatuit declarare.

Ab ea autē, qua quotidie etiam sancti ad
peccandū & indulgentiſſimū patrem offen-
dendū, rapiuntur, recte nobis metuimus, in
hoc

hoc mundo agentes: eoq; & uigilijs & ieiunijs eā deprecari iubemur, postq; caro nostra non infirma tantum ad bonum, sed etiam pertinax incitatrix est ad malum. Diabolus quoque in morē rugientis leonis circumvit, quærens continuo quem deuoret. Contra hanc itaq; est hæc sexta petitio huius orationis. Et ne nos inducas in tentationem, id est, ne permittas satanę, ut ad offendendū te nos seducat, solius Dei est nos à peccato seruare.

Denique ne præteream illud Iac obit: Ne quis cum tentatur, dicat se à Deo tentari. Nam Deus ut tentari non potest, ita nec ipse quenquam tentat, immo unusquisq; tentatur, dum à propria concupiscentia abstrahitur & inescatur. Hanc sententiā sic puto intelligendā: Ne quis ita temptationis authorē Deū faciat, ut suam in ipsum culpam transferat, ceu Deo & nō ipsi peccanti, debeat peccatum imputari, quod impij facere solēt. Cæterum ex hoc loco, & illo 2. Schmu. 24. de Dauide incitato diuinitus, ut populum numeraret, tum lescha 6, ac innumeris alijs satis pateat, scripturam non uereri Deum facere authorem temptationis, qui electos etiam in tentationem subinde inducat, & eam qua certe labuntur & peccant. Quanquā peccatum ipsis perpetrantibus, & nequaquam Deo in temptationem inducenti debeat adscribi. Ius&c & sancte Deus egit, cum Dauidem in tentationem

tionem eam induxit, ut populum præcipere ret numerari: Dauid autem id præcipiendo grauissimè nihilominus peccauit, & dedit poenas iustissime. Vetus, nec minus uerum dictum est, opus in peccato, Dei, & bonum esse, rectæ autem rationis defectum, nobis esse tanquam malū. His scriptura addit, etiā hunc defectū sic à Deo ordinari, ut inde boni aliquid eueniat, ut ne ex eo quidē, quod in hunc defectū rectæ rationis inducit, Deo peccati aliquid adscribi queat.

MARTINVS BVCE-

RVS IN ENARRATIONE CAP.
primi, Epist. ad Romanos, ex eodē exemplari.

Quod uerò ait ~~rapido~~, quod tertio hic tradidit repetit, exponitur fere, permisit, passus est, non exponō auocauit, sed aliud significat ~~rapido~~. Potendū pertuisset Paulus, si hoc uoluisset, dicere, ~~rapido~~, permisit. ~~rapido~~, uel aliquid huiusmodi. Deinde reliquæ scripturæ, quas libenter imitatur, non uerentur dicere Deum, quorum uult, corda indurare. Exod. 7. & 9. Cor hominum crassum pingueque facere, aures grauare, oculos obturare. Ilsa. 6. Et in oratione, quam Dominus ipse nos docuit, dicimus: Ne inducas nos in temptationem, nō, ne finas nos induci. Fateor, eos, qui istud, tradidit, per passus est, permisit, exponūt, huc moueri, quod uolunt.

uolunt cauere, ne quis peccata sua adscribat
Vnde quod Deo, an autem hoc ista interpretatione al-
 Deo pecca sequantur, ipsi uiderint. Hoc satis omnes ex-
 tum attri- perimur, eo unumquemq; peccati conuin-
 buere non ci, & ne Deo illud imputet, omnem cuius
 possumus. causam adimi, quod nemo omnino peccet,
 contra quem non sua ipsius testetur consci-
 entia, quicquid uerbis nonnunquam con-
 tra Deū imp̄j loquantur. Certe qui hoc pos-
 sit conscientia testimoniū excutere, & uelit
 ratione sua hanc questionem, si sibi merito,
 & non Deo quæ peccat, imputari debeant,
 agitare, is facile dicet. Etiam si intelligam cū
 scripturę de Deo memorant, quod indurat,
 in sensum reprobū tradit, Deū tantum hoc
 permittere, suū spiritū subducere, quo solo
 cor ad uerbū suū emollitur & recta mens cō-
 stituitur, adhuc tamen omne peccatū præci-
 pue à Deo est. Nouit siquidem ita deprava-
 tam naturā ineam, ut nihil aliud quam uer-
 bum ipsius cōtemnere, & pessima quæq; eli-
 gere queam, si ipse mihi nō donet spiritum
 suum, & eo regnatur, sic ipse in utero matris
 me finxit, talem in lucē edidit, si ergo nō lar-
 gitur spiritum suū bonū, unam causam, qua
 peccatum meū caueri possit, quomodo in-
 telligam, illū non uelle peccatū meū, esse q̄
 eius authorem? Si quis uideat cæcum im-
 pingentem, nec posse non cadere, si ei suam
 manum non porrigit, eumq; regat, nolit au-
 tem

33

etra ille manum suam cæco præbere, & patiatur eum cadere, obsecro quis non dicat, eū, casum cæci huius uoluisse, eiusq; fuisse causam: Iam Deus hoc amplius mei peccati causa est, quam ille qui negat cæco ducatū causa est, ut cadat cæcus, quod Deus in ute-
ro matris meæ, me cum hac perueritate in-
genij mei, atque peccandi necessitate condi-
dit atque formauit.

Hic quisquam respondebit: Primū paren **Quid** prä-
tem non fuisse cæcum, facultatem habuisse nobis pri-
recte faciendi, qua uti cum ultro noluerit, **mus** homo
multatus sit ea facultate cum omnibus po- **habuerit**.
steris suis. Atqui ratio nullo negocio rege-
ret: **Quid** ad nos, quod deliquerit primus ho-
mo: portet quisq; luū onus. Fateor rerū hu-
manarū cōditio sic habet, ut iustū interdū ul-
deatur, etiam filios malorū parentū, adhuc
innocios, punire. nam & Deus iniquitatem
patrū in filijs, ultiōibus huius seculi punit,
sed ea poena präsentī uita finitur, nec adimi-
tur per eam, nisi sine quo felices esse queant,
dum autem Deus nobis suum non impar-
tit spiritū, actum de nobis est in eternū.
Et quantum ad hāc poenam attinet, scriptu-
ra testatur, unicū: q; rependi secundum sua
facta. Deinde quantumuis facultatis ad bo-
num Adam p̄ nobis habuit, certum tamē
est, si perfittissem in iussu Domini, id fuisset
gratuitū donū Domini, quod cum Domi-
nus

nus nō dedit, nusquā id parari potuit. Ergo
 & primum hominē cum prolabi Deus pas-
 sus sit, quem solus potuit stantem conserua-
 re, & quo non conseruante ille non potuit nō
 labi, uidetur uoluisse lapsum, lapsus cū huius
 causa esse. Quid enim in ulla creatura boni
 sit, quod non sit opus Dei, qui finxit ex nī
 hilo omnia, & est solus bonus. Nec enim
 Deus sic res condidit, ut per se subsistant &
 agant, sed ipse portat omnia & agitat, in i-
 pso utiuimus, mouemur, sumus. Ita scribit
 D. Augustinus de primo homine in Enchiri-
 dio suo cap. 106. Et si peccatum in solo libe-
 ro erat arbitrio constitutum, non tamen iu-
 stitiae retinendae sufficiebat liberum arbitri-
 um, nisi participatione immutabilis boni,
 diuinum adiutorium præberetur.

2
 Proinde præstiterit in hac quæstione rati-
 oni proorsus ualedicere, & uerbis Domini
 simpliciter inhærcere, quæ cum hæc duo si-
 mul testentur, si quid peccamus, culpam no-
 stram esse, non Dei, qui prohibet testimoniū
 & nostra ipsorum conscientia, tum adeo o-
 mne bonum à Deo uenire, ut quod ille non
 dederit, impossibile sit, à quo quam uel cogi-
 tari, ne dum fieri, quod & ipsum facile mens
 nostra ex illa impressa omnibus Dei cogni-
 tione, uerum esse percipit. Vtrumq; pariter,
 ac simpliciter fateamur, nihil scilicet posse
 à nobis, uel boni fieri, uel mali uitari, sine ar-
 etu spiri-

Et si spiritus sancti, & nihilominus tamen
 quicquid uel boni neglexerimus, uel mali
 fecerimus, culpam nostram esse, non Dei,
 qui cum ipsum bonum sit, bene omnia fa-
 cit. Præterea cum agat in nobis omnia De-
 us, non uereamur id de eo prædicare, quod
 ipse de se testatur in scripturis suis, nec, cum
 ille ait se cor indurare, obfirmare, in tem-
 ptem inducere, dicamus, non emollit, nō red-
 dit sequax, à tentatione non seruat. Non est
 honesta ista patris familias, aut principis ex-
 cusatio, non iussit, non impulit suos ut pec-
 carēt, permisit tantum, destituit eos suo con-
 filio, quo destituti non potuerunt non pecca-
 re. Si consentiens atq[ue] faciens eodem loco ha-
 bentur, quid putamus permettere mītius el-
 se, quam facere? Deinde qui habet in manu
 sua omnia, cur permittat, quod non probat,
 aut quod permittendum est, cur id non ipse
 instituat, & autorē eius se profiteatur: Quid
 ut caliganti etiam ad manifestissima naturę
 rationi nostrae approbemus actiones Dei,
 huc confugimus, ex quo consequitur, Deus
 non esse Deum, hoc est, rerum omnium pri-
 mam & totam causam, ita ut ipse se prædi-
 cat: Si in permissione peccatorum id excusa-
 mus, quod sic ferat iustū iudiciū Dei, ut ho-
 mo sibi relinquitur, quare non idem excusa-
 mus, dum ipse de se confitetur, quod indu-
 rat, excæcat, tradit in sensum reprobum, &

agnoscimus factori licere figmentis suis ut
pro suo arbitrio. Scripturę nobis Deum au-
gustius prædicant, ut qui nihil non faciat, &
faciat omnia certo consilio, his fidem habe-
mus. In potestate sua habet omnia, nihil si-
ne eius actu se mouet, quorū ergo libertate misce-
retur, & sancta mente donatos agit ad salu-
tem, quos uult indurat, ne audiant, dedit
menti reprobæ, ut ita mereantur perdi, nec
tamen eo quicquam iniqui facit, ipsi nihil
peccatum est, in suum finem, suo ordine se-
runtur ei omnia. Nunquam igitur ex hoc
colligi potest, culpā dum nos peccamus, ipsi
posse adscribi. nam nostram hanc esse, ipsa
nobis arrestatur nostra conscientia. Viden-
tur quidem inter se ista pugnare, iure nobis
peccatum imputari, & Deum tamen nos in-
durare, ut aliquid nequeamus quam peccare,
ac pugnant minime. Deus utrumq; confir-
mat, qui nihil pugnans loquitur, & cōscien-
tia nostra uelit nolit, idem agnoscit. Ne igie-
tur hic ex nostræ mētis angustia philosophie
mur, meminerimus illud: Tu quis es o ho-
mo, ut respondeas Deo?

PATRES. Origenes, Chrysostomus, Ambrosius,
tradidit, hic idem pollere uolunt, atq; permisit,
passus est, destituit, eo autem nihil aliud
docere uoluerunt, quām non esse ex his uer-
bis intelligendum, homines à Deo ad ma-
lum cogi inuitos. D. Augustinus lib. 5. cōtra
Iulias.

Iulianum, cap. 2. & de Gratia & lib. arb. cap. 21. multis de eo differit, quomodo Deus peccata peccatis ulciscitur, ac sic tradit concupiscentijs malis, ut illis homines uincantur, captantur, trahantur, possideantur. Contra Iulianum non contendit, an hæc traditio fiat deferendo, siue alio quoconque uel explicabili, uel inexplicabili modo, magis tamen in hanc partem inclinat, ut intelligat Deum miro & ineffabili modo, iudicia sua ut in corporibus, ita & in cordibus hominum operari. At in lib. de Gratia & lib. arb. hæc scripsit, postquam adduxisset præsentem locum Pauli, & similia: His inquit & talibus testimonijs diuinorum eloquiorum, que omnia commemorare nimis longum est, satis, quantum existimo, manifestatur, operari Deum in cordibus hominum, ad inclinandas eorum uoluntates quoconque uoluerit, siue ad bona, pro sua misericordia, siue ad mala, pro meritis eorum, iudicio utique suo, aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto. Fixum enim debet esse & immobile in corde uestro, quia non est iniqüitas apud Deum. Ex quibus satis adsparet, sensisse sanctum hunc uirum, Deum cum seducit, inducat, tradit in sensum reprehendum, immittit efficacem errorem, id facere, non tantum deferendo, sed etiam animos hominum, ut errori concedant, &

à concupiscentijs uincantur, inclinando, iudicio suo, ut inquit, nunc aperto, nunc occulto, semper tamen iusto. Alia siquidem est ratio Dei erga nos, alia nostra erga proximos. Nos si quem decipimus, in malas cupiditates pellicimus, semper peccamus, ac Deus iustus, peccatis huiusmodi peccata iuste punit. Idcirco inscrutabillia iudicia eius, & abyssus multa prædicantur. Porro quia in nobis certe peccatum est, si quem peccare tantum permittimus, cum possumus prohibere, & is qui id peccat, quod uitare non potuit, apud nos semper extra culpā esse putatur, horret animus Deo huere, quod similiter prautis cupiditate dedat, & fateri homines ab eo his sicut pari, ut eis non queant non seruire. nimis quia id in se non posset non damnare. Atqui cogitandum hic est, iusticiā Dei esse infinitā, nec posse ex nostra prauitate aestimari. Deinde nisi utrumque hoc demus, Deū omniū corda pro suo arbitratu inclinare quo libet, & hominē ex se nihil prorsus boni posse, eo quod nunquam nō se qui peruersa desideria, cum eis addicatur disuinitus, nos negaturos Deū, Deū esse. nam ut diximus, nisi fateamur cum omnia in omnibus efficere, Deū esse negamus. Ita cum uolunt quidā Deo apud rationis suae tribunal patrocinari, homini tribuentes ex se aliquid posse, fugiunt sumū, & præcipitant se

in ignem, ut enim suæ existimationi Dei ius-
 sticiam hoc pacto approbent, id de Deo af-
 firmant, ex quo sequitur, eum non esse Deum.
 Quam multa alia sunt, in infimis quoque crea-
 turis, in quibus ratione iudiciorum Dei inire
 haudquaquam possumus. Quis causam da-
 bit, cur Deus oves lupis, & non potius lupos
 ouibus uorandos condiderit? In quem usum
 finxit pulices & pediculos, & innumera alias?
 Et quam raro res, cum hominum, tu reliqui or-
 bis Deus sic administrat, ut non optemus ple-
 racq; murata? Si ergo fere in omnibus rebus,
 paucissimarum enim causas plane nouimus,
 fatendum est, Deum optima ratione omnia face-
 re, etiam si hanc rationem nos adeo ignore-
 mus, ut plane sentiamus plurimas multo a-
 liter debere institui, fateamur id etiam in ad-
 ministracione hominis, idque hoc amplius,
 quo homo est admirandum magis, ac subli-
 mius Dei opificium. Porro quia maiores Gen. Patres reli-
 tiu Patres, qui ista, indurare, sedutere, trade-
 qui cum Au-
 re in mente reprobam, mollius interpretati gustino re-
 sunt, hoc solum efficere uoluerunt, ut dictum, ne ipsa conuca
 homines dicerent se ad mala diuinatus impel-
 liunt.
 li, & Deo, non sibi culpam adscriberent, re ipsa
 cum D. Augustino cōgruunt. Nam & hic, ista,
 de qua hic Apostolus, traditione in sensum re-
 probum, quam scriptura alibi indurationem,
 excæcationem, seductionem, & huiusmodi
 uocat, sic accipit, ut nihilominus adserat ho-

mines scientes & uolentes , quæ mala sunt,
sequi,nec ullam eis fieri vim,cogiuē,hoc est,
contra uoluntatem impelli.Deinde cum do-
cet,unumquemq; sua ipsius conscientia , de-
mala uoluntate conuinci , satis auertit hoc,
ne quis putet sua peccata in Deum posse
transferrī.

MARTINVS BVCE

RVS IN LIBRO , CVI TITVLVS
est, De uera ecclesiārum in doctrina, ceremonijs,
et disciplina, reconciliatione, et compositione.
Imp. Argentine per Vuendelinum Rihelium, An-
no M. D. XL IIII.

De articulo tertio, qui est de causa peccati.

Nechic quicquam nostra unquam à
Catholico consensu doctrina uariauit:
tametsi id nobis plēriq; falso impege-
rint, & hodie impingant: propterea
Nemo ullum uel quod cum scriptura & orthodoxis pa-
conatum bonum tribus prædicamus,neminem hominū,
habere potest, ullum uel conatum bonum habere pos-
quod non acce= se, quem non accepit liberali & gratui-
perit gratis à to dono Dei. qui quidem ut miseretur
Dco. quorum uult, ita etiam indurat, & in les-
sum

sum reprobum tradit quos uult, sed ius-
 sto tamen id semper iudicio, & omni ra Deus, dum indu-
 tione peccati hærente in īs, qui legem rat, & tradit in
 eius uel transgrediuntur ipsi, uel à trans⁹ reprobū sensum,
 gressoribus cū tabe transgressionis na= semper iustus est.
 ti, nec per Christum renati sunt. Offen= & omnis ratio-
 ditur quidem mens carnis nostræ, & ra peccati hæret in-
 tionem iusticiæ in hisce Dei iudicij nō transgressoribus
 agnoscit, dum audit, neminem quicquā legis diuinæ.
 uel bonæ cogitationis aut consiliū habe-
 re posse, ne dum dicti aut facti, nisi id à
 Deo acceperit: quosdam præterea à Deo
 indurari & excæcari, & in mentē repro-
 bam tradi, ne audiant uocem Domini,
 néue conuersi à uia sua praua sanentur
 à Domino: & damnari tamen quicunq;
 nō audita uoce Domini, & conuersi ad
 Dominum, cogitant semper, dicant &
 faciant, quæ pia & sancta sunt. Occur-
 rit enim semper illud. Quid igitur ego
 repræhendor, qui ex me nihil boni pol-
 sum? Sicq; Deus me indurat, quis eius
 uoluntati resistat? Verum istiusmodi Cogitationes ca-
 contra iusticiam Dei iudicia, iniustæ nis nostræ non
 & irreligiosæ carnis nostræ cogitatio- sunt admitten-
 tes, nō ad ullam discussionem, & dñu= dæ ad dijudican-
 dicationem admittendæ sunt. Sed ut A= da iudicia Dei :
 postolus docet & fecit, reprimendæ sta sed ab animo pro-
 stim, & ab animo propulsandæ sunt, pulsari debent.
 Idq; hisce iustis & pijs cogitationibus.

Nunquid est iniq[ue]itas apud Deum? Quis tu es, o homo, ut respondeas ex aduerso Deo? O altitudo immensae sapientie, & scientiae Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, &c.

Deus est supremus. Hæc qui religiose secum reputet, prius omnium iustum, Deus supremus omnium est iudex, ideoque summa iustitia: nihil igitur maius iustitia, quæ potest admittere iniqui. Tu uero signum nihil iniqui potestum Dei es, à quo accepisti omnia: nefastest admittere. Igitur est te exposcere à Deo factore tuo rationem, quid te fecerit, quidue de te statuat. Postremo, ea est sapientia & scientia Dei altitudo, adeo inscrutabilia iudicia eius, & imperuestigabiles usq[ue] eius, ut ad ea cognoscenda mens humana pertingere, & rationem eorum inuenire, & non potest ratio, aillequi nullo modo possit. Hæc inquam nem iudiciorum qui pie secum cogitarit, is sibi ipsi peccatum suum omne, & cunctam iniquitatem adscribet, & Deum nullius peccati, uel iniuritatis, sed omnis boni & recti caussam, & authorē confitebitur, & prædicabit. Tibi (dicet cum Daniele) Dominus iustitia mea iusticia, nobis autem ignominia et, nobis autem & pudere, propterea quod contra te scimus ignominia & pudore egimus, nobis ignominia & prodor, quia peccatum sumus, quia peccauimus in te. Quæ enim unum in ipsum. Deus, ut D. Augustinus de gratia & libero arbitrio ex diuinis scripturis docet &

Et & pie concludit , sicut in cæteris suis si-
gmentis , quæcumque sunt in cœlo & in ter-
ra, ita & in cordibus hominum operatur ad
inclinandas eorum uoluntates quo cumque
uoluerit, siue ad bonum, pro sua misericor-
dia, siue ad mala, pro meritis eorum, ea om-
nia operatur iudicio suo , aliquando quidē
aperto, aliquādo occulto, semper tamē iusto.

Malitiam enim ipse non facit, sed aut trahi- *Malitia us*
tur hæc originaliter ab ipso Adam , uel cre- *de trahit*
scit per propriam uoluntatem , suggestore, *tur*
& incentore Satana. Cui uero ista loci hu-
ius explicatio, & ad obiecta rationis nostræ
responsio , minus placeat, huic cum D. Au-
gustino dixerim , ut querat doctiores , sed
caueat ne inueniat præsumptores.

Nos uero quia nihil aliud in his adferi- *Augustinus*
mus , quam quod scripturæ diuinæ diserte uerè catho-
tradunt , & has non aliter intelligimus , uel licet, &
interpretamur, quam uere catholicus & or- *orthodoxus*
thodoxus pater & doctor Ecclesiæ , Augu- *pater,* &
stinus, nemo causam à nobis quidem habe- *doctor ec-*
re potest , ullius nos erroris in his insimu- *clesiæ:*
landi. Utq; uerè id sentimus & prædicamus,
quod articulus hic libri Imperatorij breui-
ter quidem, sed pie & orthodoxe tradit: cui
nemo piorum, & de his rebus recte iudican-
tium, non subscripterit, ita merito & hic ar-
ticulus inter uere conciliatos habendus est.

De quo ideo paulo explicatius loqui uo-

Calumniati lui, quod sint, qui nos ex ihs, quæ in sequentia
tores Buctibus duobus articulis, de peccato origi-
ri, et eorum nali, & iustificatione, iuxta scripturas
qui cum i= Dei & sententiam S.Patrum, pie & necessa-
pso sentie= rio confitemur & docemus, criminantur,
bant. articulo præsenti non plane assentiri. Ea en-
nihil dicunt à nobis in illis duobus articulis
adferri, ex quibus necessario consequatur
Deum esse authorem & caussam peccati.
Conducent itaque, quæ hoc loci attulimus,
ad id, ut facilius agnoscatur, quam iniuste
& nulla uera consecutione, istam nobis ca-
lumniam aduersarij intendant.

EX EODEM LIBRO, ET TITVLO, VBI AGITVR DB peccato originali.

Ista uero cum legunt, qui in scripturis pa-
rum exercitati sunt, & qui magis assueuerūt
formis prædicandi Dei cum omnipotentia
am, tum iustitiam, quas tradit philosophia
humana, quam ihs, quas præscribit in suis
literis sapientia diuina, non nihil perturbantur,
& putant indignum Dei bonitate, uide-
ri eum creando homines, qui simul atque
orti sunt, in ditione diaboli sunt, homines
non sibi, sed diabolo fingere.
Offendit quoque illud, quod uidere non
possunt,

43

possunt, quomodo Deus nō debeat dici au-
thor mali, quod uel ipse immittit, uel cuius
immittendi potestate m diabolo tradit.

Sed monendi h̄i sunt, primum, ut cogi-
tent iudicia Dei, quanquam semper & sola
iusta sint, tamen quomodo iusta sint, ab ho-
mine, in hac quidem uita, cognosci non pos-
se, sunt enim abyssus multa, & hominibus
prorsus inscrutabilia. Deinde, ut firmemt si-
dem suam in eo, Deum, qui omnes iudicatu-
rus sit, hoc est, omnium iniuitatem ad iu-
sticiæ æquitatem reducturus, nihil posse fa-
cere iniqui.

Postremo quod nec ipsi dicunt Deum,
diabolo homines in uita hac conseruare, a-
lere, & uiuiscare, cum conseruat, alit, &
uiuiscat, eos, qui tamen nihil quam diabo-
li mancipia & semen sunt, nec ferè aliud quā
opera diaboli patris sui faciunt. Agnoscent
enim nobiscum, hos ipsos filios, mancipia
& instrumenta diaboli, non minus quam fi-
lij, serui & organa gratiæ diuinæ, non so-
lum alia à Deo, qui solem suum oriri facit su-
per bonos & malos, & pluuiam mittit su-
per gratos & ingratos, sed etiam moueri,
uiuere & esse in Deo. Hoc enim D. Paulus Dicendum
de omnibus hominibus testatus est, non bo- non est De-
nis tantum. Si ergo non dedecet bonita- um Diabo-
tem Dei, quod alit, mouet, in uita sustinet, lo familiā
& uim suam ad omnes quamlibet consele= alere, &

ratas

**Diabolo si ratas actiones suppeditat, eis, qui, quod in
lios et man ipsis est, tantum Satanæ uiuunt, & seruiuntur.**

**cipia con- nec debet ob id dici, diabolo familiam alere,
dere. mouere, in uita seruare, & uirtutem impie &**

**perniciose faciendi suppeditare, nec alienum
est à bonitate Dei, quod singit, in uitamque
hanc profert, qui propter uiciatam origi-
nem illico sub potestate diaboli detinen-
tur: nec dici potest, cum creando homines,
quorum statim per se ortus in uitio, & sub
ditione diaboli est, diabolo filios & manci-
pia condere.**

**Quid spe- Spectat Deus tam singendo, quam con-
stat Deus seruando, & uiuificando eos, qui diabolo,
singendo, non ipsi uiuunt, gloriam suā, bonū uniuersitatis
conseruan- & creaturæ, quod multo est amplius, quā id
do, et uiuifi- nos perspicere ualeamus: non solum in ijs
cando eos rebus, quæ ad homines pertinent, sed nec in
qui Diabo- minutissimis quidem insectis, & herbulis.
lo, & non Valde bona sunt cuncta Dei opera, nec
ipsi uiuunt. quicquam factum ab eo est, quod nō etiam
creaturis Dei bono sit: at quibus in rebus
huius bonitatis rationem homo compræ-
hendere ualeat: Quæ, malum, igitur ista est
hominum impia audacia, huius bonitatis
immensitatem conari peruestigare in homi-
ne, illo nunquam satis admirando Dei opis-
ficio, in quo adhuc uehementer uariam Dei
sapientiam ipsi etiam angeli discunt:**

**Quanquam qui considerarit, quantum
sibi**

sibi Deus hinc gloriam pararit, quantumque
uniuersae creaturae bonum contulerit: quod
filium suum hominem fecit propter homi-
nes in Adam perditos sibi restituendos:
quod huic tantam etiam Adae sobolem re-
singendam tradidit: quod denique ex ipsis
quoque organis irae, apparatis ad interitum,
tam admirabilem potentiae suae gloriam ex-
citat, sicque notas facit diuitias gloriae suae
in organa misericordiae: qui haec inquam,
religiose expenderit, is facile agnosceret, Deum Deus sibi,
sibi, non diabolo fingere homines, ne ma- non autem
los quidem, & cum diabolo & angelis eius Diabolo
aeternum condemnandos: nendum bonos, fингит ho-
& cum filio suo in sempiternum glorifican- mines.
dos.

Iam quod uidetur his infirmis, id quod
nobis nusquam non impingit Pighius, Deum à
nobis inscribi authore peccati, qui dicamus
à Deo, & infligi hanc poenam hominibus,
ut uitiata natura nascantur: & tradi Satanæ
potestatem homines uitiandi: monendi &
huius sunt, ut hoc ipsum, Deum authorem,
uel non authorem maiorum, atque peccato-
rum dici, recte intelligent. Cum enim Deus
ipse de se per Prophetam predicet, se non tantum
fingere lucem, sed etiam creare tenebras: nō
modo facere pacem, sed & creare malum: Deus crea-
tem per alium Prophetam. Non esse ma- omne ma-
lum iniuitate, quod ipse non fecerit: non lum.

est Deus negandus author esse quorū libet
Qyorum malorum. Quæ enim mala & peccata iustæ
malorum peccatorum pœnæ sunt, horum se ipse De-
Deus se au- us authorem in omni scriptura prædicat.
thorē pre- Concupiscentię enim male cordis, fœdę per-
dicit in scri turbationes, sensus reprobis, in quæ Deus
ptura. tradidit gentes, quæ se non ut cognouerunt,
glorificauerant: & eo mercedem eis erroris
sui rependit (mercedem enim inquit Pau-
lus, quam oportuit, erroris sui in se ipsis re-
cipientes) & pœnæ erant neglecti Dei, ad-
missæq; libidinis: & peccata: istaque damna-
tio, ut D. Augustini uerbis utar, etiam rea-
tus erat, quo gentes illę grauius implicaban-
tur. De quo iudiciorum Dei mysterio Au-
gustinus cum aliàs, tum disputat libro con-
tra Iulian. 5. cap. 3. præclare & copiose. Iam
Vitium na uitium naturæ, de quo agimus, quia pro-
ture pro- pter inobedientiam Adæ innascitur, non so-
pter inobe- lum peccatum, sed & pœna peccati est: quare
dientism quatenus pœna est, Deum eius dicere autho-
Adæ inna- rem, à ratione loquendi scripturæ, quæ utiq;
tum, non so de diuinis mysterijs, melius quā ulla potest
lum pecca- hominum sapientia, loqui nouit, alienum
tum sed & non est. Inflictio enim pœnæ, qualiscunq; illa
peccata sit, siquidem iusta sit, neminem magis, quam
cati est. iustum Deum, iudicē omnium supremum
decere potest.

Impius & Huius itaque orationis, quæ Deum au-
blaspheme- thorē mali dicit, is modo impius, & bla-
mus est, qui sphemus sensus est, si eam quis sic intelli-
gar,

gar, ut peccatorum culpam, homini dicit Deum ita
bus adimat, et Deo tribuat. At si eam sic authorem esse
intelligas, ut ea quicquid supplicij homi mali, ut pecca-
nibus infligitur, id authore Deo infligi torum culpam
prædicetur, tam non est hæc oratio blasphemia in
hominibus, dicere eum authorem malorum, & Deo tri-
mali, ut ea ipsa propriam Deo laudem buat.

tribuas. Sensus enim eius est, nihil mali, Quomodo sine
quo peccata puniuntur, à quoquā, nisi à blasphemia, Deo
Deo immitti; solumq[ue] esse, qui percutit: ut dici posse an
sicut solus est, qui sanat: solū, qui homi thor mali.
nibus male facit, sicut qui bene. Vnde Nullum malum
cū Dominus per Prophetā falsa numis quo peccata pu-
na nihil habere diuinitatis demōstrare in nūtur, à quoq[ue]
stituit, insultat illis dicendo. Benefacite et nisi à Deo im-
malefacite, hoc est, quæ bono uel malo mittitur.
mittit immitte.

Sed quonlibet ea, quibus Deus iustū Quæ malo sunt
supplicium de peccantibus sumit, malo peccantibus, bo-
sint ijs, qui à peccatis non resipiscunt, bo no sunt uniu-
no tamen sunt uniuersæ creaturæ: cui id s[ecundu]s creaturæ, &
summum bonum est, seruire gloriæ con quomodo.
ditoris, ea ratione, quā ipse conditor sin-
gulis & uniuersis creaturis suis instituit.

Sed hac de re lege, quæ D. Augustinus
differit loco, quē modo indicaui cōtra Iu-
lianū, nam eo loco hoc ipsum, de quo a-
gimus, defendit: carnis inobedienti ho- Inobedientia
mini dignissime retributam. Vbi con- carnis, inobedi-
cludens hanc disputationem, inter cœte- ents homini in-
ra hæc subiecit. Si prudenter hic saperes, st̄e retributa,

profe-

profecto esse iniquitatem uideres , qua pars
inferior hominis repugnat superiori atque
meliori: & tamen iuste iniquum, suæ carnis
iniquitate, punitum: sicut est Achab Rex ini-
quus, maligni spiritus iniquitate punitus.

MARTINVS BVCE⁹ RVS IN ENARRATIONE CAP. IX. Epist. ad Rom. Ex eadem impress.

Quid igitur dicemus?

Obiectione Scopus Apostolo in hac sectione est, sub-
mouere carnis mouere obiectiones , quas caro facere solet
contra præ contra prædicationē electionis liberæ Dei.
dicationem Cum enim Deus uniuersos homines con-
electionis libidit, eiusdemque naturæ fecit, uidetur carnis
bere Dei, parum æquum, communem factorem tan-
submouen=to discrimine habere homines , ut alios ad
tur à Pau= uitam æternam deligat, alios rejicit ut pe-
lo. reant æternum. Indidit enim Deus nobis ad
Deus ini- eos qui ex nobis nascuntur, amorem singu-
quus uide= larem: Talem amorem competere Deo cul-
tur, nō do= primis in omnia quæ creauit , recte colligi-
tans omni mus : at cum officia huius amoris pro no-
bus paria, stra imbecillitate metiri nobis permitti-
mus , quasi uero immenitas benevolentiae
& iustitiae diuinæ erga figmenta sua com-
prehendi queat angusto adeo nostri ingenii
modulo:

modulo; hinc ipsi nos in errorē inducimus,
& extremē nos impietatis obligamus. Nam Quid ma-
quid impium magis, quām sic Deum redi- gis impiū,
gere in ordinem, & creaturæ suæ subiçere, quām Deū
ut homo bulla, & euānidum somnium iu- in ordinem
dicare sibi permittat de iudicatis Dei. Ab et creaturæ
hac itaq; impietate Apostolus hic reuocat, sue subiçce
idq; ex duobus. Ex obiectu maiestatis di- res & iudi-
uinæ, & commonitione nostræ humilita- cata ipsius
tis. iudicare?

Porro adfert obiectiones carnis duas,
quarum altera ex alterius relectione arripi-
tur. Prior obiectio est huiusmodi. Deus finit Obiectio
xit ex nihilo omnes homines, dedit cunctis carnis con-
eandem naturam: iniquum ergo sic ita inter traelectio-
illos discernere, ut alios amet, alios odio ha- nem Deille
beat, etiam antequam geniti sint, & quic- beram.
quam boni aut mali fecerint: huncq; amo-
rem & hoc odium finat eò ualere, ut alijs do-
net æternam uitam, alios detrudat in æter-
nam mortem. Apostolus uero ut indicaret
quām impium sit tales admittere cogitatio-
nes, crassissima & summe impudenti ratio-
ne hanc obiectionē effert, usus mimesi, qua
identidem Scriptura uti solet, quo plenius
& indissimilantius nostram nobis impie-
tatem ob oculos ponat. Nunquid est, scri-
bit, iniquitas apud Deum? Ad hanc enim in-
terrogationem quis nō iudiceret responden-
dū esse, id quod Apostolus respōdet. Absit.

D

Præmisit. Quid dicemus ergo? In quo
præ se tulit more suo fiduciam ueritatis à
se rite dispensatæ. Nam sensus est. Scio quid
ad hæc, quibus liberam Dei electionem
prædictaui, inferre caro nostra soleat, at
quam inique & falso, modo aperiam. Sed
audiamus quid caro putet ex ijs, quæ de
iusta Dei electione commemorauit, conse
qui. Quid ergo dicemus? Quid ad ea quæ
modo testatus sum inferemus? Istuc. Nun
**Obiectio
nis reie
ctio.**
quid est iniqüitas apud Deum? Absit. Ex
ijs quæ ego de Dei electione prædictaui, ni
hil tale consequitur. Verum de consequen
tia non labore, nemini enim sacrorum my
steriorum studioso obscurum esse potest,
ex ijs quæ ego de arcana Dei electione dis
serui, nihil minus consequi, quam tantam
impietatem, ut ulla admittenda uideretur
de iniqüitate Dei inquisitio. Hoc potius
monere uolo, quid religiosæ menti ad tam
nefariam obiectiōnem, siue ea ipsi à pro
pria carne, siue ab alijs obiectiatur, re
spondendum sit. Id uero est, Absit, severa
& constanti reiectione opus hic est, nulla
disputatione.

Dei iustitia Propositio itaque prior est, quam Apo
Dei iudi stolus ad priorem obiectiōnem respondet:
candum ex grauissime rei scienda est ista cogitatio
eo, quod Num iniqüitas sit apud Deum? Huius ra
tionem

51

tionem hanc subiicit. Quicquid sibi Deus ipse sibi ius-
sumit, hoc esse ipsi iustum, agnoscere de-
stum facit.
bemus. At ille sibi sumit misereri cuius
uult, & indurare quem uult, facitq; eo om-
nium quæ nobiscum agit unam totamque
causam, suam uoluntatem. Hoc itaque
iustum ipsi esse, fateri nos conuenit: & li-
bere prædicare, ut quis salutem à Deo
consequatur, id non esse uolentis aut cur-
rentis, hoc est, salutem expertentis, uel pro
ea satagentis, sed miserentis Dei, qui &
uoluntatem excitat salutem expetendi, &
uiam aperit eam consequendi, & rotam ipse
unus largitur.

At Deum sibi ipsum sumere misereri
cuius liber, & indurare quemlibet, quæ mi-
nor est, probat duobus oraculis, Prius est
de misericordia: Misereor cuius misereor,
& misericordiam impendo, cui eam impen-
do, hoc est nullam aliam caussam habeo
meæ misericordiæ cuiquam impendendæ,
quam ipsam meam misericordiam, quia
ita mihi uisum est, est mihi pro ratione no-
luntas. Alterum oraculum est de indura-
tione, cuius tamen cauſa adiicitur, glorifi-
catio potentiae diuinæ. Istuc uero oraculum
de Pharaone æditum est. Sed sicut ex ora-
culis quæ supra attulit æditis nominatim
de electione & reiectione Isaac & Ismaël,

*Ex Isaac et Iacob & Esau , quid de omnium electione
 Iacob ele= arque reiectione sentiendum sit , docuit: ita
 elis, Ismae= in praesenti ostendit ex eo , quod de indura-
 le, & Esau tione Pharaonis dictum priuatim est , quid
 reprobatis, de omnium induratione iudicandum sit. In
 et Pharao= hoc enim ista nobis iudicia Dei in certis ho-
 ne indura= minibus descripta sunt , ut in illis videamus
 to nouimus quid Deus statuat de hominibus in uniuersi-
 quid senti- sum. In cunctis ipsis hypothesisibus, theses in
 endum sit sunt, ut supra dictum.*

de omnium

*electione, Obseruandus autem in his & ordo est.
 reprobatio Primum enim depellit à Deo cunctam su-
 ne, & indu spicionem iniquitatis ex eo quod ipse sibi
 ratione. hoc sumit , misereri cuius uelit , & nullam
 posse caussam esse , ut cuicunque miserico-
 diam impendat , quam ipsam suam miseri-
 cordiam . Hoc cum per oraculum osten-
 disset , intulit ex eo. Ergo non est uolen-
 tis &c. Et quia in hac illatione non tantum
 intulit omnia sita esse in benevolentia Dei,
 sed etiam nihil in nostra uoluntate & cona-
 tu, quasi hoc probaturus , adduxit alterum
 oraculum , in quo Deus affirmat se Pha-
 raonem excitasse , ut in eo ostenderet poten-
 tiam suam , ac inde redderet celebre nomen
 suum. Ethabet certe hoc in se oraculum ras-*

*Quo Deus tionem confirmantem illud. Non esse uo-
 nos excitat lentis & currentis. Nam sumus Dei quanti-
 feramur sumus, quia fecit ille nos ex nihilo, & in ipso
 uiui-*

uiuimus, mouemur, & sumus: quo ergo ipse *necessus* est,
 nos excitat, eo feramur *necessus* est, nec potest *non alio*,
 rimus nos alio flectere nostra uoluntate, no
 stroue conatu. Ergo nihil in nobis est, nihil
 est nostrae uoluntatis, nostri cursus, sed sunt
 omnia in uoluntate natusque Dei. Hinc igit
 tur iam commodum etiam de induratione
 infert, sed rursus praemissa Dei misericor
 dia. Proinde, inquit, miseretur cuius uult mi
 sereri, & induratur, quem uult indurare, hoc
 est, nullam utriusque rei caussam habet ali
 am, quam suam uoluntatem. Atqui si Deo
 sunt omnia in ipsius uoluntate posita, nihil
 potest facere iniquum, dum facit pro sua uo
 luntate. Si puero permittas, ut suo arbitrio
 edat uel non edat, utrum fecerit, iniuriæ po
 stulari non potest. Atqui cuncta posita esse
 in uoluntate Dei, succurrit sanctis ad quam
 libet uel nudam appellationem Dei. Sic su
 spicitur semper illis maiestas Dei. Satis erit *Expaue*
go & abunde apud pios quoslibet obtinuit scunt pīj ad
 Apostolus, ut ad omnem cogitationem, cogitatio
 qua uideatur carni nostrae inesse in iudicijs nes, quibus
 Dei aliqua iniquitas, summe expauescant & uidetur car
 exhorreant, eo, quod admonuit ex adductis ni aliqua
 oraculis, Deum ipsum testari, in his rebus, iniquitas
 ut in omnibus, se facere pro suo arbitrio, inesse in iu
 Ipsilon enim Dei arbitrium, cum sit ipsa iu
 dicijs Dei.
 stitia, & lex iustitiae uniuersæ, quæ uspiam
 esse potest, omnis sanctus libenter in eo ac

qui scit, & quamcunque ubiorem inquisitionem de iustitia Dei ut nefariam & impiam a se profligat. Id uero est quo in his isbat Apostolus. Ad hunc ergo modum repulit primam obiectionem.

Altera carnis obiectio. Alteram obiectionem ex depulsione prioris caro comminiscitur. Nam cum in hac Apostolus diserte affirmauit, omnia esse uolentis Dei, ipsumque indurare quem uelit induratum, uidetur carni recta conse qui, cum indurati impie uiuunt, Deum ob id illos nullo iure reprehendere. Nam quia apud homines excusat impossibilitas, nec est in criminis uel praeteriti officij, qui non potuit præstare officium, uel admissi peccati, qui illud non potuit uitare, caro uolens ad eundem modum iudicare de Deo, sic colligit: uoluntati Dei nemo potest resistere, quem ergo Deus uult induratum, hunc possibile non est aliter quam perdite agere, adeo igitur excusans necessitas, & accusat tales Deus peruersæ uitæ iniuria. Hæc altera obiectio est, quam caro arripit, ex confutatione prioris.

Obiectio reiectio. Hanc obiectionem Apostolus simpliciter reuiciendam docet, obiecta nobis nostra humilitate & Dei maiestate. Quinimo inquit, o homo quis tu es, qui respondeas
ex

ex aduerso Deo , hoc est , quasi iure discep-
tes cum Deo . In nomine hominis notat
nostram humilitatem , in nomine Dei di-
uinam maiestatem . Hominis uocabulum
admonet nos esse ex nobis inane & nihil
Dei , Deum esse summum bonum & to-
tam iustitiam , nos ergo disceptare cum Deo
summa impietas est . Adiicit simile figuli
& figmenti . Vtique fixerit figulus fi-
gmentum , non est quod segmentum à figu-
lo rationem poscat , cur se ad eum modum
fixerit . Ius enim illi est ex luto mixtoque
suo facere uasa qualia ipsi uisum fuerit , aliā-
que ad usus honestos , alia ad usus pudendos . In hoc itaque simili admonet Apo-
stolus nos esse à Deo ex nihilo conditos
& factos , eoque sicut Deo potestas fuit fin-
gendi nos pro ipsis arbitratu , ita non est
quod nos cum deo disceptemus quales qua-
les nos fecerit .

Sed uideri queat istuc non esse ad præ-
missam obiectionem responsum apposi-
te . Obiectio inferebat ex eo quod uo-
luntati Dei indurantis nemo possit re-
sistere , qui mali sunt necessario malos
esse , eoque Deo non esse causam cur
illos accuset . Simile autem istuc nihil
aliud adserit quam cum nos Deus ex

nisi hilo finixerit, nostrum non esse cum Deo
 quasi disceptare quid nos fecerit. Caro enim
 facile regeret, Nolo queri quid me Deus fin
 xerit, hoc quæror cum me finixerit malum,
 Cur obie^ttionē hanc noluit ad obiectionem illam respondere,
 repellat, & sed eam repellere, et docere modis omnibus
 ei non re^{spondeat}. abhorrendam esse p̄ijs. Hoc itaque eo fecit
 primum, quod nos admonuit nostrę humi
 litatis & diuinæ maiestatis in illo. Tu o ho
 mo quis es, qui disceptes cum Deo? Istuc er
 go non esse fas homini contendere de sua
 conditione cum Deo, persimile illud figmen
 ti & figuli uoluit plenius explicare & doce
 re quam iniquum sit quicquam de consi
 lio Dei de nobis inquirere, ut non solum
 non inquiramus, cur Deus alios induret,
 alijs misericordiam suam impendat, sed
 nec istuc, cum Deus indueret quosdam, cur
 eos cum peruerse uiuunt, accuset & damnet.
 Figmentum utcunque fictum sit, quic
 quid de eo figulus instituerit, ut totum id
 in manu figuli est, nihil prorsus figmento
 expostulare cum figulo licere potest. Sic no
 bis figuris Dei simpliciter credendo am
 plectendum est, quicquid nobis dominus
 tam de se, quam de nobis effari dignatur: &
 id unum inquirendum ut probe cognosca
 mus quid nobis promiserit, & quid nos
 uelit instituere. Quo iure quæque faciat,
 aut

aut ut consentiant inter se, quæ de nobis uel *Summa im-*
alij̄s instituerit, id uero inquirere summa im pietas est in-
pietas sit oportet: Nam Deus cum sit, nihil quirere
poteſt facere iniqui, & nos cum illius ſigmen quo iure
ta ſumus, boni cōſulere debemus, quicquid Deus hoc
nos finxerit, & quicquid de nobis statuerit, uel illud fa-

Quid ergo dicemus?) Quid putatis ex ijs que ciat,
præmisi porro dicendū eſſe, aut inferri poſ-
ſe, forſan id quod ſequitur.

Nunquid eſt iniquitas apud Deum?) Quia ui- *Num Deus*
delicet nondum natos, nec quicquam me iniquus
ritos ſic diſcernit. Paribus enim paria deberi eſt.
uidentur. Crasse pleneq; impietatem huius
quaſtionis exprimit, quo ostenderet, quam
abhorre ab ea oporteat pios: & nihil quā
reñcere iſtiuſmodi cogitationē debere. Quid
enim religioſe menti magis aduersum &
execrabile, quam audire tribui ipſi iuſtitiae
Iniquitatē. Vnde & indignantis respon-
sionem ſubiecit. Absit.

Mof enim dicit.) Hæc & quæ ſequuntur uſ Origenis
que ad illud. Si uero Deus uolens, &c. Ori- fala intera-
genes tanquam obiecta aduersariorum ac pretatio-
cipit, non fidens tamen huic ordinationi hu-
ius loci, enarrat ea etiam ut dicta Apostoli.
Reliqui patres ut Pauli respoſionem ea in-
terpretantur. Si non eſſet interpoſita respon-
fio ad præmiſam interrogatiōne, & ſolitus
eſſet Paulus aduersarij ſtribuere citationem
ſcripturarum, aliquam haberet ueri ſimilitu-

dinem interpretatio Origenis.

D. Chrysostomus Sed, quod & D. Chrysostomus uidit, Apostoli feni postolo institutum hic fuit, auocare ab istius tentia. modi questionibus, & cuncta reiçere in uoluntatem Dei, contra quam nemo nisi de mens disputationem instituere sibi permisit. Existimavit enim D. Chrysostomus, D. Paulum hic uoluisse alijs obiectis questionibus Iudaeis questionem illam & perturbationem de uocatione gentium & reiectione ipsorum excludere. Quasi dixisset. Quid adeo dignum Deo iudicaris, quod nunc ad communionem salutis paucos uocat Iudeos, multos ex Gentibus, cum sciatis Deum olim adeo discreuisse inter natos ex eodem patre Abraham, Ismaele & Isaac: Imo etiam inter natos & ex eodem patre, & eadem matre, eodemque partu, id est antequam quicquam boni uel mali fecissent. Sed & cum uestri maiores uniuersi idem scelus admisissent, adorato uitulo aureo, tam in alios animaduertit, alijs admissum condonauit, dixitque. Misericordia cuius misereor, &c. At in his omnibus uult D. Chrysostomus scopum esse Apostolo, docere, Deum solum nosse, qui misericordia sua digni sint, & bona mente futuri, nullum uero hominum id nosse, etiam si maxime uideatur id nosse. Existimat enim hic uir Dei, Deum in hisce oraculis ostendisse, quod ipsi non sit necesse iudicium de hominibus

minibus differre, donec quales sunt ipsi de se factis suis prodiderint, sed mentem factaque eorum praeuidere, ideo iudicium de eis proferre posse, antequam in hanc lucem editi sint.

Eiusdem sententiae est & Origenes, & D. Origenis, Ambrosius, Deum scilicet eos eligere in uitam & diligere antequam sint, quos praescit Chrysostomus futuros bonos: contra uero reiçere & odire, mihi sententia, quos prænouit futuros malos. Inde definita de causa niens D. Ambrosius præscientiam hic, ita electionis. scripsit. Præscientia est qua definitum habet, qualis unius cuiusque futura voluntas erit, qua mansurus est: per quam autem damnetur aut coronetur. Hinc idem præsentem locum enarravit ad hunc modum. Ergo miserebor inquit eius, cui misertus ero, hoc est, eius miserabor, cuius præscius eram, quod misericordiam daturus essem sciens conuersurum illum, & permanens apud me. Et misericordiam præstabo ei, cui misericordiam præsti tero, id est, ei misericordiam dabo, quem præscii post errorem recto corde reuersurum ad me: Hoc uero est non dare illi ut dandum non est, neque non dare illi cui dandum est, ut eum uocet, quem sciat obaudire, illum autem non uocet quem sciat minime obaudire. Vocare est autem compungere ad recipiendam fidem. Haec ille.

D. uero Augustinus hanc sententiam meritio

Augustinus rito confutat, ex eo quod Paulus ubique istud
Ambrosij urgeat, nihil salutis nobis ex operibus, sed
sententiam omnia bona ex mera gratia uenire, neque gra
merito con*tin*u*am* esse, si quicque operibus debeat. Lege ca
fusat.

7.lib. 2. contra duas Epistolas Pelagianorum.
Ibi proponit duos infantes ex meretrice na
tos, & expositos, quorum alter colligatur &
baptizetur, saluusque ita factus mox moria
tur: alter non baptizetur, & pereat, item scili
cet mox mortuus, antequam proprijs se se
peccatis contaminarit. Hic cum in altero in
fante saluato Deus nec parentum, nec ulli
proprium meritum potuerit praesidere, cum
nullum futurum esset, conuincit Augustinus
falsum esse, Deum in conferendo salutem e
lectis, respicere futura in eis merita. Cum que
pertractauit prae*sent*e locum, & quae insunt
Augustinus sequenti sectioni, sic co*clud*it. Propter quod
Pelagianos profecto desipitis (alloquitur Pelagianos)
alloquitur. qui dicente ueritate, non ex operibus, sed ex
uocante dictum est, uos dicitis, ex futuris o
peribus, quae Deus illum facturum esse pre
sciebat Iacob fuisse dilectum: atque ita c*on*tradi
citis Apostolo dicenti, non ex operibus, Qua
si non posset dicere, non ex prae*sent*ibus, sed
ex futuris operibus: sed ait non ex operibus,
ut gratiam commendaret: si autem gratia iam
non ex operibus, alioquin gratia iam non
est gratia. Gratia utique, ut per illam fiant bo
na opera; ne si prae*cesserint* bona opera, tan
quam

quam operibus reddatur gratia, ac si gratia iam non sit gratia. Sed ut uobis auferretur omnis uestræ caliginis latebra, propterea geminos tales proposui, qui neq; paréatum meritis iuuaretur, & ambo infantie primordio unus baptizatus, alter sine baptismate morerentur, ne diceretis Deum, sicut de Iacob & Esau contra Apostolum dicitis, opera eorum futura præscisse. Quomodo enim præsciuit ea futura, quæ illis in infantia morituri, quia præscientia eius falli non potest, præsciuit potius nō futura? Hæc ille. Sed in qua stione de libero arbitrio, quam paulo post uolente domino subiçiam, ostendam consensum nihilominus in re ipsa esse inter hos sanctos patres. Nunc interpretabor locum, quem Apostolus adduxit.

Legimus in Exod. cap. 33. Mosen orasse Dominum, ut facie sua populum præcederet, & ipse eum in terram Canaan adduceret, exhibens se illis perpetua sua beneficentia Deum & seruatorem. Minatus enim erat Deus ob scelus adorati uituli, se populū penitus abieciendum. Vbi uero Mose Deum ueniam populo, & ut ducatum tutelamq; porro illi præstaret, exorasset, adiecit. Ostendit obsecro gloriam tuam. Ad hanc precatiōnem Dominus respondit. Faciam transire coram te omne bonum meum, atq; uocabo nomen Ichouah coram te, hoc est, coram

te explicabo uirtutem & gratiam meam,
quæ in hoc nomine continetur, & beneuolen-
tiam meam præstabō ei, cui fuero beneuolus,
& misericordiam meam impendam cuius
fuero misertus.

Ista cum conferimus & cum præcedenti-
bus & inter se, duo sese offerunt sensus eoru-
uerorum, quæ Apostolus ex his adduxit.
Prior, ut ea ad populum referat hoc modo.
Tibi ostendam omne bonum meum, & uir-
tutem meam, quam uobis exhibui nomine
sancto meo, explicabo tibi: de populo autē
tuo te quoque exaudiam, uerum ut proposi-
tum meum perstet secundum electionem: fa-
uore enim dignabor quos mihi uisum fue-
rit eo dignari, & charitatem meam præsta-
bo ihs, quos ego in id delegi. Gratuitum est
& bonitatis ultroneq; quicquid mortalibus,
aut ullis creaturis benefacio: Alter sensus est,
ut tanquā ad Mosen relata accipiās hoc mo-
do. Hæc quæ commemorauī tibi beneuo-
lentiæ meæ indicia præstabō, nam fauorem

Fauoris & meum præsto, cui præstare eum duxi, amo-
beneuolen- rem meum declaro in quos mihi uisum est.
tie Dei, nul- Vtro autem sensu dictū hoc intelligamus, il-
la alia est lud ex ipso Apostolo satis liquet, Dominū
causa, quā præsenti oraculo uoluisse dicere, fauoris be-
ipsius fa- neuolentiæq; suæ nullam aliā caussam esse;
uor, & be- quam ipsum suū fauorem & beneuolentiā.
neuolentia. Atque hoc intellectu ualeat oraculum istuc

pros

propre & ad cōfirmandum quod hic probare Apostolus instituit, nulla ratione admittendam cogitationem, quæ Deum insimulet iniuitatis, & ad inferendum quod subiicit, non esse neque uolentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Etenim si benevolentia ac misericordia diuina in nos à se ipsa tota pender, nec potest extra se ullam habere causam, satis liquet, quocunq; ea feratur, & cuicunque sele impertiat, nihil in eo posse admittere iniuitatis, & nostrum esse illam suppliciter implorare, & religiose gratoq; animo amplecti, non autem inquirere cur se alij impertiat, alij non impertiat. Et rursus cum omnia salutis nostræ ab hac una Dei misericordia pendent, & illa à nulla creatura uspiam inclinari aut prouocari potest, sed Misericordia ipsa tota suæ & omnium beneficiorum ipsa dia Dei à sibi omnis causa est, certe nihil nos uolent, nulla creando aut currendo efficiemus, sed omnia peritura uspiam dñe necesse est, à gratuita illa & ultronea misericordia Dei.

aut prouocari potest.

Porro scripturæ uerba sic habent, רְחַנֵּתִי אֶת־אֶשְׁר־אָחָז־רְחַמּוֹתִי אֶת־אֶשְׁר־אָרָה
 id est, sauebo cui sauebo, propensiore affectu complectar, quem propensiore affectu complectar, nam גָּם significat sic complecti, eo esse in aliquem affectu, ut mater filium uteri sui complectitur, & quo est in eum affectu.

affectu. Hoc siquidem uerbum à nomine
δόνα quod uerum significat deductum est,
 prius **δόνα** à **δώνει** est, quod gratiam, dignatio-
 nem, fauorem significat, usurpatur in illa lo-
 cutione, si inueni gratiam in oculis tuis. De
 hac uoce supra dictum in illud. Per quem ac-
 cepimus gratiā & Apostolici muneris fun-
 ctionem, cap. i. Philippus Melanchthon re-
 sponsonem D. Pauli ex isthac oraculo talē
 facit. Iniquitas effet apud Deum paribus nō
 paria tribuentē, si tribueret sua dona ex de-
 bito, aut promerito. at cum misericordiæ
 sit quicquid largitur hominibus: non potest
 iniquitatis accusari, etiam si paribus non pa-
 ria tribuat. In priorem uero interpretatio-
 nem, ut putem Apostolum hic ex adducto
 oraculo non solum ostendere uoluisse, non
 esse debita præmia, sed gratuita diuinæ misé-
 ricordiæ dona, quæ Deus hominibus largi-
 tur: uerum etiam huius misericordiæ nullā
 extra ipsam caussam esse: hæc me ratio indu-
 xit, quod ratio humana audiens, & agno-
 scens omnia quæ Deus nobis largitur misé-
 ricordiæ suæ dona esse, nihilominus uidetur
 sibi habere quod obijciat. Nam cum pariter
 perdit omnes sunt, & pariter figmēta Dei,
 uidetur decere summam bonitatē, quæ De-
 us est, ut etiam si nolit paribus beneficijs sin-
 gulos cumulare: non tamen alijs misericor-
 diam suam impendat tam largiter, ut æter-
 na eos

**Philippus
 Melanch-
 thon.**

na eos uita donet; alios autem sic misericordia sua destituat, ut æternum perdat. Atqui Apostolus hoc loco omnino instituit rationi humanae obturare, & cunctam illi classificationem submouere. Id ergo cum plenissime præstet, subducta ratione nostra in abyssum diuinæ maiestatis, cuius utique est omnia ex se & suo arbitratu facere, nullæ prouersus extra ipsam re impulsam, apparet in hunc ipsum sensum oraculum adduxisse, quem ipsa quoque uerba admodum exprimunt. Quid enim ex isto Miserebor cuius miserebor, aliud accipias, quam misericordiæ diuinæ nullam extra ipsam cauam esse: non decere Deum alijs misericordiam exhibere, quam ihs ipsiis, quibus illam exhibet. Eadem enim quæ Dei misericordia dicitur, ipsius quoque iustitia est, quia eius natura est, quam nos non nisi ex ipsius operibus cognoscere possumus.

Proinde nec uolentis.) subaudi, est ut seruemur, & promissa Dei consequamur. Eclipsis hæc animi erat ardoris in hanc assertionem & confessionem cum iusticiæ diuinæ, tum nostræ inanitatis. Metaphora cursus pro conatu & ipsa actione uitæ nusquam non occurrerit. Ad Gal. 2. Acto. 20. Philip. 2. & 2. Timoth. 4. uocat cursum suum obitionem munera Apostolici. Ne inquit in uatum currentem aut cucurritsem, ut impleam cursum

Non decet Deus aliorum misericordiæ, quam eorum quorum misericordia, est ipsius iustitia.

meum, cursum meum consummaui. Hoc tamen loco uidetur Apostolus currentem posuisse pro conante, moliente & satagente.

Cur Paulus non dixerit. Dicit enim Deus in scriptura rta. Dicit enim scriptura Pharaoni.) Cur nō Deus in scriptura? Adeo Deus agnoscit uult cuncta dispensare pro suo arbitratu, sine ullo uel hominum uel rerum quarumlibet respectu, etiam indurando quos uult, ut in sacra scriptura diserte id ipse de se toti orbi & uniuersis seculis testatum esse uoluerit. Videtur si quidem istuc Scriptura dicit, significare, nō esse hoc mysterium paucis retegendum, sed laudem diuinæ maiestatis omnibus mortalibus prædicandam, adeo ut in diuinis literas uniuersis mortalibus publicandas referenda fuerit. Sed cum istuc oraculum cum causalí nota sub iicitur, ei, quod modo præmissum est: Non est uolentis. &c. uidendum qua illud ratione probet. Oraculum inducit Deum testantem Pharaoni, se illum excitasse, ut demonstraret in eo, utiç punitendo & exterminando, potentiam suam. Ex eo primum docemur, Deum condere & proferre, quo sunque uelit, ut nomen suum in illorū ultione clarum & celebre reddat. *Quantum iuris Deo fuit in Pharaonem tandem est ei in quoslibet, ex nihilo enim raone, tandem condidit uniuersos.* Ex hac ergo ueritate tandem est sic colligitur id quod præmissum est. Non ei in quos est uolentis &c. Nam si unusquisque eo servetur,

retur, quo illum destinauerit applicueritq; Deus, nec quisquam alio sese conferre potest: satis liquet omnem salutē nostrā haud quaquam in hominis uoluntate & conatu esse posse, sed nūc itur sola misericordia Dei. Pharao certe huc destinatus ut in eius exterrimio Deus glorificaretur, sic eodem serbatur, ut nulla cum quantumuis stupenda potesta & prodigia, diuina m̄q; uirtutem aperiissime conuincientia, nulla ipsius quam certissima diuinitatis agnitus & confessio emollire potuerit, ut dimitteret populum Dei obsecundans uocē domini. Ex hoc itaq; iudicio Dei in Pharaone ad exemplum ædito, quod in omnes reprobos perinde ualeat, abū de cernitur, non esse uolentis aut currentis, ut se homo ad salutem convertat, sed solius miserentis Dei, ut si is non misereatur, sed induret, quorum alterum semper facit, homo nihil possit quam noxia uelle, & ad pernicie suam totis viribus currere, uti Pharao fecit. Recte igitur ex oraculo præsenti infertur & id quod Apostolus subiecit, Deum misereri eius cuius uelit misereri, & indurare quem uelit indurare: omnia ab ipsius pendere uoluntate, quæ cum ex facto apparet, nulla in nobis eius caussam tse inquirendam, quia ipsa sibi caussa omnium est, & ipsa iustitia.

Porro oraculum quod Apostolus adducit, habetur Exodi 9. his uerbis. Et certe te

propter hoc erexi, ut demonstrarem tibi uit
 tum meam, quo prædicetur in omni terra
Quid pro-
prie fit
~~ipscusq; ac~~ nomen meum. Quod Apostolus per ~~iq;~~
 reddidit, est Ebraice **הַעֲבָרֶתֶר**, quod
 uerbum redditum ē uerbo significat, statui
 te, Ebræi pro seruauite accipiunt. Nam De-
 us Pharaonem multis alijs pereuntibus q̄s
 plagis, quibus Deus illius impietatem ulci-
 scebatur, conseruauerat, hoc est, cadentibus
 alijs illum exerat & stare fecerat, donec om-
 nibus illis grauissimis, quæ reliquæ erant ul-
 tionibus ipsi uirtus diuina manifestaretur,
 indeq; celebre redderetur nomen Domini
 in uniuerso orbe. Hic sensus legitur & in
 Græca editione, quæ uulgo habetur. Sice-
 nim ad uerbum in ea hic locus legitur, ~~νοὶ οἱ~~
~~καὶ τέλειοι πρόφηται τὸν τύπον, ἵνα οὐδείς ξένος σὸν οὐδὲ τὸν~~
~~πολὺν μάθῃ, νοὴ διεγγίγεται τὸ δρομέα μαρτυρὸν τὴν γῆν.~~
 Id est, Et huius causa seruatus es uique nunc,
 ut ostendam in te robur meum, & ut adnun-
 cietur nomen meum in omni terra. Sed ista
 interpretatio huius uocis **הַעֲבָרֶתֶר** non
 tam consona est phrasí scripturg, quam disso-
 na est ab eo, quod Apostolus hic ex oraculo
 isto probare instituit. Transfertur quidem
 in scripturis uerbum **עֲמִץ**, stare, ad consiste-
 re & permanere. Illi peribūt, tu autē **עֲצָה**,
 id est, stabis, permanebis, Psal. 102. Et iustitia
 eius **עֲמִץ** perstat in seculum, Psal. m. Ve-
 rum pro facere superstitem uerbum istuc nō
 inueni

inuenio. Porro pro existere, præsto esse, ap-
parere, & inde **העֲמֹר** pro sistere, exhibere,
& præsentare usurpari identidem reperias.
Quia ipse dicit, & iam factum est, mandat &
iam existit, id est **וַיַּעֲמֹד**, Psal. 33. Sic Mose
subinde legitur stetisse coram Domino, &
Iehosua filius Nun stetisse coram Mosche,
pro præsto & ad manum fuisse, apparuisse
ad ministerium. Ita cum Mosche Iehosua in
augurare uellet in principem populi, & ad
id eum sacerdoti & toti concioni exhiberet
atq; fisteret, habet scriptura **וְיָעַמֵּד** id
est constituit & exhibuit eū coram Eleazar
sacerdote & toto populo. Proprie itaq; uide
tur hic **בְּעִירֵךְ וְאֶת חֻטְמָתְךָ** idem esse,
quod in hoc te condidi, existere feci, protuli,
hoc est, ut Apostolus reddidit, excitaui te, or-
bi extuli & exemplum quoddam exhibui.
Et licet hoc sistere, atq; exhibere, præcipue
pertineat ad id quod eum Dominus extu-
lit, ut in eo exemplum æderet ultionis suæ,
attamen cum Deus omnia destinato faciat,
nihil temere, significauit eodē uerbo simul
se Pharaonem in eam ipsam conditionem
finxisse, & in lucē hanc produxisse. Ut enim
Dominus testatur se sanctos uates suos in
utero ad munus propheticum formasse, &
priusquam in lucem prodixissent, in id san-
ctificasse & parasse: ita etiam reliquos omnes
iam tum format & parat ad id, quo suam in

eis gloriam illustrare statuit: facit enim sapiens
Mali sunt enter omnia. Etiam mali organa Dei sunt,
 organa dei, quibus nec corpus nec animam singit temere
 nec illis cor re. Quicquid itaque virium, quicquid ingenij
 pus nec ani illis indit: id omne ad eum finem accommo-
 manit singit dat, ad quem illos condit. Quapropter con-
 temere, tinet in se istuc γνῶμα hęc omnia, in hoc
 te finxi, & in lucem produxi, in regem extus
 li, hac ipsa mente & potestate praeeditum te
 orbi exhibui, per omnia ad id natū, factum
 & instruētum: ut in te æderem exempla hęc
 per cuncta secula memoranda, eoꝝ redderē
 nomen meum celebre in oīnni terra.

Sapientia, & iustitia tribuamus Deo in illius iudicijs, quorum rationem non nouimus. Nostrum utique est, Deo omnem sapientiam atque iustitiam quam simplicissime atque ore plenissimo tribuere, in iudicijs illius qui buslibet etiam eorū quorū rationē in ire nō possumus. Huc ergo ut Deus nos adducat, proponit iudicia sua ijs uerbis, ex quibus apparet nostræ rationi durissima, agens in eo heriliter. atque ut Dominum deceat, qui uel seruulorum suorum curiositatem in factis suis retundere. Dum siquidem seruuli uel alij minores heros intempestive rationē consiliorū suorum perquirunt, cum significatione sibi illa non satis probari, quos debent reuereri. & simpliciter sequi, repellunt fere illos Domini & maiores eorum, durus adhuc & absurdius secundum seruulorū & minorū opinionem cōsilia sua propanendō: ut

do: ut si pater familiæ castigans severius filium suum, seruo interpellanti ac roganti, num delectetur filij cruciatibus, respodeat, etiam morte eius. Sumunt enim sibi huiusmodi eam apud suos prudentiae atque iustitiae existimationem, ut indignum uideri uelint, illos de consilij factisque suis aliquid dubitare, tanquam parum certa illa sint, & iusta, quamlibet uideantur in speciem absurdâ & iniqua. Si iam homines sibi tantum tribui uolunt, quanto iustius requirit Deus ut sua iudicia semper suspiciamus & reuereamur, iudicemus nūquam. Iure itaque suo & bono nostro proponit illa subinde ihs uerbis, quæ uidentur rationi nostræ alienissima, ut sunt, dimittere peruersis cupiditatibus, tradere in sensum reprobii, excæcare, indurare, decipere, uenisse in iudicium, ut uidentes non uideant, abscondere mysterium salutis à sapientibus & prudentibus, & similia. Discamus itaque hinc agnoscere, quicquid Deus sibi sumit, id decere eum & esse iustissimum, nec citra confessam impietatem caussam eius peruestigari à nobis posse. Istuc in sequentibus apertius iam docet.

Dices ergo mihi Quid adhuc reprehendit? Du Curratio pli ex cauſa ratio humana ex præcedenti, humana bus colligit, eos qui peccant indurati di- colligat, uinitus, non posse à Deo iure culpari. Pri- peccantes or quod faciant indurata ea, quæ ipse uult non posse
E iij à Deo iure
culpari.

eos facere, imo quod ipse in eis facit. Altera
 quod non possint aliud quam perperam age-
 re, quos Deus induravit. Veracq; caussa est
 in eo significata. Voluntati eius quis resistat?
 Voluntatem cum dicit, notat Deum ea uel-
 le, ad quae homines indurantur; cum addit, quis
 resistat, indicat necessitatem faciendi ea quae
 fert induratio. Cum Deus Pharaonem indu-
 raret, ne iussui suo obtemperaret, dimittens
 populum Israel, uoluit utiq; illum iussui suo
 Pharaon fuit non obtemperare, imo ut ei repugnaret, ipse
 cit quod in eo effecit: fecit itaque Pharaon quod Deus
 Deus uoluit uolebat eum facere, imo quod ipse faciebat
 it illum fuit in eo, nec potuit aliud. Ista itaq; perpendens
 cere. humana ratio agnoscere non potest, quo iu-
 re Deus Pharaonem repræhenderit, ultusq;
 sic tanquam sibi rebellem. Ita cum Domi-
 nus immisit in cor Davidi Davidi, ut censem
 per populum, utique ipse & uoluit & effe-
 cit, ut Davidi populum suum numeraret,
 eratque necesse ita illum facere. Non enim
 potest Deus in ullo opere frustrari. Cum
 ergo posuit in cor Davidi ut numeraret po-
 pulum, istuc fieri necesse erat. Ad huius-
 modi ergo tam apertas testificationes scri-
 pturæ, Deum indurare, decipere, immittere
 in animum quæ prava sunt, & huiusmodi,
 aliud non potest inferre humana ratio,
 quam cur ergo Deus tales repræhendit,
 quos ipse in hoc ut prave agant & peccant,
 indurat,

indurat, & immittit eis in cor quæ male a-
gant.

Quinimo ò homo.) Apostolus nihil miti-
gar dictorum, non negat Dei voluntate pe-
tire, quos indurat Deus, non facit possibile
homini ut bene faciat induratus, sed deter-
ret tantum & depellit ab eo, ut iudicia do-
mini iudicemus, ostendens hoc esse extremæ
impudentiæ & impietatis. Id quod indicat Extrema
ista acclamatio increpante. Quinimo ò impuden-
tia & collatione hominis & Dei, Item tia & im-
interrogatione illa monentes nos prorsus ni- pietas est,
hil esse eius, nec habere, ut ulla possit nobis iudicia do-
ratione competere disceptare cum Deo: de, mini iudia-
nicè atrocitate uocis illius ~~durissimè~~, si care,
gnificat enim ea contradicentem, ut illam
D. Chrysostomus interpretatur. Porro uis
argumenti præcipua, quo Apostolus ab i-
stiusmodi inquisitione, cur Deus reprehendat
damnèque, quos ut mereantur repre-
hendi & damnari ipse indurat, absterret, est
à collatione hominis cum Deo. Homo si
quidem figmentū Dei est, ex se nihili, Deus
omnis iustitia & sapientia. Quid ergo ma-
gis dedebeat, magisq; impium sit, quam ho-
minem contradicere Deo, disceptare de iu-
dicij Dei. Testatur de se Deus, semisereri
cuius ipsi uisum sit misereri, credamus hoc
simplieiter, gratiç amplexamur misericor-
diam qua nos Deus complexus est. Testa-

tur se indurare quos uelit, tribuamus ei laudem iustitiae, qui ipsa est iustitia, & gratias agamus eius bonitati quod nos non indurauit, oremusque ne porro indueret, hoc est, ne in temptationem inducat. Reprehendit & condemnat, quicunque inique faciunt, rursus dicamus, Iustus es Domine, & iusta sunt iudicia tua, remitte nobis peccata nostra. Caussam uero horum ne inquiramus, multo minus inesse aliquid iniquitatis in iudicij Dei suspicemur. Ilsa Dei uoluntas Deo causa est omnium & ea ipsa est iustitia.

Deo est ius, **N**unquid dicet figmentum?) Adhibet similitudinem hominibus iure, in quo eius præcipue admonet, cum ex quos ex nihilo Deus homines fingit, ei esse ius ut fabilio fingit, ciat quales uelit, & ad eos deputet usus, faciat quae quos ipse sibi delegerit. Porro simile duo habent, non est fas figmentum contradicere deputet ad factori, & caussam huius quod scilicet quicquid figmentum est, factori deberet, figulus lutum ipse sibi parat, est id ergo per omnia in manu figuli, licetque ei facere ex luto suo uasa qualia ipsi uisum est, alia ad usus honestos, alia ad usus sordidos & fecidos. Nam istuc aliud in honore, aliud ad ignominiam Apostolus ad uasa figuli retulit, unde similitudinem dicit, non ad homines, quas figurinis uasis assimulat.

D. Chrysostomus admonet hic similia scripturæ non esse extendenda ultra ea, propter quae illa scriptura adducit. Facit enim scripturæ

na Deum similem Boui, urso, igni & alijs rebus, sed in certa duntaxat aliqua rerum istarum proprietate, non per omnia; sic in simili figura mentis uult Apostolum id unū spectasse, quod figuratum manibus fictoris ad omnia obsequitur, nec ullo modo illi contradicit, non autem rationem fictionis, aut necessitatem uoluntatis, in uasis enim figuli quicquid est diuersitatis, id totum est ab opere figuli, & sunt illa necessario ea conditione, qua à figulo facta sunt. Hac ratione non uult Chrysostomus Apostolū nos facere similes uasis figurinis, sequeretur enim ex eo ut arbitratur, Deum effectore esse malorum quae homines admittunt, homines iam nō sua electio ne agere, atq; ideo etiam extra culpā esse. Sed quod pace sanctissimi & doctissimi patris dixerim, multo magis pendet omnia nostra ab opere Dei, quam in uase figurino omnia ab opere figuli. Fingit siquidē nos Deus prorsus ex ihs quas ex nihilo, eū figulus ex luto, materia præ dicta sunt existente. Et uoluit sane D. Paulus huius nos non sequi in isto simili potissimum admonere, ideo nos tur nos nō de iudicio & dispensatione Dei erga nos agere no querī non posse, quia Deo ius sit in nos mul stra uolun to amplius, quām figulo in uasa, quae ex suo tate, aut fingeit luto, qualia ipsi uisum fuerit. Ex hoc peccata nō uero non consequitur, nos non agere nostra stra nō ho uoluntate, aut peccata nostra non nobis, sed bis, sed Deo Deo imputāda esse, de qua remox dicemus imputanda in questione de libero arbitrio, esse.

76
MARTINVS BVCE
RVS IN ENARRATIONE CAP. IX.
Epist. ad Rom. Imp. eodem anno Argentine.

*Conciliatio harum sententiarū: Deus
quos uult indurat, & Deus omnes homines uult
saluos fieri, & quæ cum utrisq; consonant.*

*Deus quos-
dam indu-
peſant ius-
ſa sua, et ſal* Apostolus hoc capite diſerte docet, Deū pro ſua uoluntate alios indurare, ne caperat, ne caſtant iuſſa ſua, & ſalui fiant, odiſſe quodam priuſquā aliquid boni aut mali fecerint. Ex ſa ſua, et ſal eo uidetur colligi, Deū o mnino uelle ut pecuſi fiant. cent, & pereant, qui pereunt. Contra autem cum in omniscriptura ad ſalutem omnes paſriter uocat, declarat ſanē ſe uelle cunctos ſaluos eſſe.

*Scripturæ
de indu-
ratione
Pharao-
nis.* Et ut hanc rem in adducto exemplo Pharaonis conſyderemus, cùm miſit Deus Moſen ad Pharaonem, iuſſitq; illum populum ſuum diſmittere, quis dicat Deum non uoluſſe, ut ille iuſſui ſuo pareret. Atqui scriptura memorat, Deum Moſi, cum eum mitteret ad Pharaonem, & mandaret de populo ſuo diſmittendo, prædixiſſe ſe cor Pharaonis induraturum, ne diſmitteret populum. Exod. 7. legimus, Dominum dixiſſe Moſi. Tu loqueris omnia, quæ mandauero tibi, & Aharon frater tuus loquetur ad Pharaonem,

nem, ut dimittat filios Israël de terra sua. At ego indurabo cor Pharaonis, & multiplicabo signa mea, & portenta mea in terra Aegypti, & non audiet uos Pharaon, & immittam manum meam in Aegyptum, educamque exercitum meum, populū meum, filios Israël de terra Aegypti iudicis maximis. Et agnoscens Aegyptij, quod ego sum Deus, cū extendero manum meam contra Aegyptum, & eduxero filios Israël ē medio illorum.

Et Capite 10. dixit Dominus ad Mosen: uade ad Pharaonē, nam ego aggrauaii cor eius, & cor seruorum eius, ut ædam signa ista mea inter eos: & ut narres filio tuo, & filio filiorum tuorum, quæ feci contra Aegyptios: & signa mea quæ in illis ædidi, & agnoscat, quod ego sum Deus. Et initio cū Deus Mosen & seniores populi primum ad Pharaonem mitteret, iuberetque illi dicere. Dominus Deus Ebræorū inuocatur & colitur a nobis: liceat igitur obsecro ire itinere dierum trium in desertum: & facere ibi sacrificium Domino Deo nostro, addidit: Sed noui quod rex Aegypti non concedet uobis ire, nisi adactus manu ualida. Immittā igitur manum meam in Aegyptum, & percutiam illos portentis meis, quæ faciam inter eos, tū demū dimittent uos. Hæc leguntur Exod. 3.

Habetur quidē in hac historia cap. 8. Pharaonem cor suum aggrauauisse, sæpius cor *Quid potius
sumus Deo
eius*

*minus de
Pharaone
uoluerit.* *eius aggrauatū & induratum fuisse: at inti-
tio totius huius historiæ testatus est Domi-
nus: Ego indurabo cor eius, & non dimittere
populum meum, Exod. 4. Atqui Dominus
loquitur quam simplicissimè: non agit cum
fuis, qui r̄etioi sunt, ænigmatis, pater filios
suos docet plane. Ergo poscit ratio pietatis,
ut quæ Dominus tam in hac historia, quam
alibi in eandē sententiam de iudicij suis dis-
serit, intelligamus simpliciter. Id uero si faci-
mus, ex his aliud non poterimus discere, quā
id quod tam copiose ubiq̄ scriptura incul-
cat, Deum uoluisse populu suum seruitute
Aegyptiorū maximis portentis, & per om-
nia sœcula memorando exitio Aegyptiorū,
qui tot annis illos tā inique oppresserant, li-
berare, præda ditatos: ac ita in hoc populo
bonitatem suam in humanum genus orbī
declarare. Utq̄ hoc ista ratione efficeret, con-
stituisse in hoc, & finxisse istum Pharaonem,
cuius cor induraret, ne audiret iussum suum,
darctq; ita sibi causam, ut in eum, & populū
eius tanta æderet signa, ramq; inauditis pla-
gis in eis potentiam suā ostentaret, nomenq;
suum celebre redderet.*

*Cur Deus
indurau-
rit cor Pha-
raonis.* Quid igitur dicemus Dominum uoluisse
in omnibus, quæ egit cum Pharaone, quam
ut ille induratus pertinaciter sibi repugna-
ret, & in se tantam ultionem prouocaret, in-
strumentū & organum ipsius, in quo osten-
taret,

taret, quām potēter uindicet suos: Ut i^q uoluit quod fecit. Testatur autē ipse de se: Ego induabo cor Pharaonis, ut nō dimittat populum. Porrò si uoluit illū iussa sua contemnere, & induauit ipse eum, ne sibi obtemperaret, ad quid mandabat ei, dimitte populum meū, ut sacrificet mihi in deserto: Exod. 5. An dicemus Deum id noluisse quod praeципiebat, & ad quod faciendum tantis signis prouocabat: Item si uult Deus omnes homines saluos fieri, & salus omnis nobis eo constat, ut audiamus uocē eius, an non consequitur, Deum planè uoluisse ut Pharao populū suum dimitteret, & eo obsequio seruaretur?

Sed dixit Dominus per Iesaiam, quod & Christus Dominus ipse sibi uendicauit. Audite uerbum, & non intelligite, uidete uisum, & non cognoscite. Crassum fac cor populi huius, & aures eius obtura, & oculos eius excæca, ne uideant oculis suis, nec auditant auribus suis, nec intelligent corde, ne resipiscant, & sanem eos. Et Dominus ipse testatus est, se mundo aduenisse in iudicium, ut uidentes non uideant. Voluit ergo Dominus quosdam Euangeliū excæcari: & simul tamen cum illud eis prædicaret, uoluit ut i^q ut ipsum audiret: cum q^{ue} eo diceret, uenite ad me omnes, uoluit illos ad se uenire.

Ista rationi nostræ uidentur parum cohædere. Quid uerba ter. At qui uerbum Domini sequi simpliciter Domini

similiiter uolunt, ex his se facile expedient. Primum
 sequuntur, enim firmè inherent in eo, quod Deus ipse
 facile se ex de se testatur: se ex perditò à primo parente
 pediunt in genere hominum quosdam diligere sibi re-
 bac mate= singendos ad uitam nouam & beatam: re-
 ria de præ= liquos habere organa iræ suæ, in quibus æ-
 destinatio= dat exempla iustæ ultiōnis: qua com mendet
 ne. electis misericordiam suam, quod illos in
 eandem mortem natos, transfert in consor-
 tium uitæ diuinæ.

Hoc iudicium Domini de hominibus
 scriptura nusquam nō prædicat & inculcat,
 tam in historia factorum Domini, quam in
 ipsis oraculis. Statim initio primi parentis
 filios tali discrimine offert. Cain enim reie-
 ctus est: Habel electus. Tempore Noah de-
 leci fuere diluicio usq; ad octo homines uni-
 versi. Et ex filijs Noachi, duobus cōtigit bene-
 lectionis et dictio, tertio maledictio. De discrimine filio
 probatio= rum Abrahæ & Isaac Apostolus hic ipse
 monuit. Ex ipso uero populo Israële quam
 plurimi subinde reprobi fuerer. Tempore
 Rehabeam secesserunt à uero Dei cultu de-
 cem tribus: indeq; post multas & graues ul-
 tiones prorsus abolitæ sunt. Exortu uero
 Euangeli quæ multi exciderunt ex ipso
 quoq; Iudah atq; Beniamin, quæ tribus fa-
 ctæ reliquæ erant.

Porro in Christiano populo ut horrenda
 incidit Orientalium & Africæ populorum
 reie-

reiectio, inter quos scilicet inualuit adeo no-
centissima illa pestis Mahomet, per Indiam,
Persiam, Arabiam, Aegyptum, Syriam, As-
siām, Scythiam, Traciam, Græciam, perq;
omneū propè Africam. Et quando non ui-
demus, cū in totis populis, tū in priuatis ho-
minibus, & his sēpē coniunctissimis alio-
qui, alios assumi, alios rejici: Id quod Domi-
nus eo quam apertissime testatus est, cum lo-
quens de iudicio suo prædictum, ex duobus in
eodem lecto, in eodem agro, in eadem mo-
la, alterum assumendum, alterum relinquer-
endum, Luc. 17. Ex huiusmodi itaq; exemplis
& oraculis, idem clare testantibus, quorum
scriptura referta est, quibus scilicet discrimē
quo Deus homines habet, effertur: habent
sancti id sibi persuasissimum, alios Deo ad
vitam electos esse, priusquam hic mundus
conderetur, alios quia non sunt electi ad ui-
ta, deputatos etiam antequā quicquā fieret
in id, ad quod nos Dominus tandem usurpat,
ut uidelicet in eis exempla ædat iræ suæ, &
eo pacto nomen suū in eis sanctificet. Cumq;
uident ita placitum esse coram Deo, agent
cū Christo Domino nostro Deo patri pro
hoc ipso iudicio gratias, tā quod mysterium
salutis abscondit sapientibus & prudētibus
huius seculi, quām quod reuelat illud electis
paruulis, utcunq; utrisq; ex æquo reuelatio-
nem mysterij huius uelit offerri.

Deinde cū Dominus nihilominus iubeat Euangeliū predicare omni creature, & ad cōmunionē salutis uocare quoslibet, non dispuant sancti, cur iubeat uocare Deus, quos tam non uult uenire, imo quos indurat, ne ueniant, sed sic colligunt. Dominus est qui iubet, Euange noſtrum est igitur parere & ſatis habere, quod lium an Domino interim erga reprobos ad id ſeruſnuntia- mus, ut illis adimatur omnis ſcelerum excuſatur re= tio, & conſiteri ipſos oporteat, Deum ſe iuste probis, condemnare. Sic ut nanc⁹ Deus hiſ diuinitatē ut ſint in & potentiā ſuā reuelat in creaturis ſuis in hoc excuſa- ut ſint inexcusabiles, quod Apoſtolum ſupra biles. primo reſtatur, ita etiā in id iplum reuelat eis placita ſua per uerbi ſuū. Vnde dicebat Apoſtolum Atheniensibus. Nunc denunciat Deus omnibus ubiq⁹ hominib⁹ rēſipiscere, quoniā diem conſtituit, quo iudicaturus eſt orbem in iuſtitia. Actor. 17. Et Dominus dicebat Iudeos habituros fuſſe excuſationem, ſi non uenifſet, & locutus eis fuſſet, portentaque tanta inter eos feciſſet.

Si itaq⁹ ratio obiſciat, uocare quē nolis ueni re, quemq⁹ indures ipſe, ne ueniat, eſt fallere & illudere, in prōptu eſt illud Apoſtoli, Tu qui es o homo: ut à Deo poſcas rationem iudicii ſui, & tanquā aduersarius delitiges cum facto- Iudicia re tuo: Adoranda ſunt iudicia Dei, non perue- Dei ado ſtiganda, ſunt abyſſus infinita. Quare nō im- renda pīctas modo, ſed furor eſt, ex lemmatis noſtrī ratio-

rationis iudicare de Deo. Siquidem semel per sunt, nō
 mittas tibi, iudicia Dei exigere ad eā iustitiae peruesti
 formulam, quā nostra tenet ratio, Deus nun- ganda.
 quam non erit tibi iniustissimus. Certe si quis si iudi-
 amicū ad aliquā utilitatē uocet, multisq; iniuria Dei
 tet: & permitrat tamē hunc per alios ab ea uti= exige=
 litate reuocari, cū id potuisset facile auertere, mus ad
 dicetur is amico illusisse, & contra quā virum formulā
 bonū deceat egisse. Haud aliter et de eo statuet, iustitiae,
 qui seruū suum iubeat aliquo festinato excusare quā ra=
 cere, et presciat qui sint illum in via remoratu- tio no=
 ri, possitq; illos solo nurū depellere, ne seruum strate=
 remorentur, nec faciat, sed sinat sciens seruum net, is
 ab illis detinari, postea uero flagellet seruum, semper
 quod moram in itinere suo fecerit. Talem e- erit no=
 nim Dominum quis quæso non durum & bis iniu-
 inhumanū iudicet. Eum autē etiam iniustum fisi=
 & sævū proculdubio omnes pronunciabunt, mus.
 qui seruum habeat detentum compedibus,
 quibus nemo eum præter Dominum ipsum
 eximere ualeat: & præterea adeo debilem, ut
 nisi remedio quodam adiutus, quod solus do
 minus ei dare queat: mouere se nō possit: Do-
 minus uero eum seruum nec soluat compedi-
 bus, nec iuuet remedio, tantum instet impe-
 rando, ut sine mora excurrat atq; properet, &
 dum is in compedibus hæreat, addicat eum
 æternis cruciatis. Ad hunc omnino mo-
 dum iudicabit de Deo nostra ratio, si eam
 quam ipsa nouit iustitiam sequatur. Audit ex
 scripturis nos à naciuitate ihs teneri vinculis

ignorantiae & peruersae cupiditatis , ut non possimus percipere quæ Dei sunt, nisi renati, & istis vinculis per Deum ipsum exempti, tum ad omne bonum nos esse ex nobis tam inualidos, ut nisi ipse Dominus operetur in nobis & uelle & operari , & succurrat eius spiritus nostræ infirmitati continuo , nihil prorsus recti & sancti præstare ualeamus. Cum itaque & istuc ex scripturis ratio nostra discit, & re ipsa quotidie uidet , Deum multos non regnare , & spiritu suo non innouare, & ad rectam sanctamque uitam non confirmare , legem tantum suam, promissa & minas , quæ in lege continentur proponere: non potest non iniquum & crudele iudicare, quod hos æterno addicet supplicio.

Et si dicatur , primos parentes non fuisse in ista peccandi necessitate , & habuisse recte uiuendi plenam facultatem , meritos autem sua transgressione , ut & ipsi, & posteri eorum in illam peccandi necessitatem contruderentur, multati facultate pie sancteque uiuendi : ratio illico regerit, unusquisque iudicandus est pro suo , non alieno merito. Et ut rationem aliquam habeat æquitatis, scelerati parentis filios habere deteriore loco, quam probi: quæ tamen æquitas fuerit, exigere magnos aliquos in rem sumptus,

cum

f p: præstare à

cum eis omnis paterna substantia ablata sit, nec relictum, unde ipsi uitam sustentent suam, cumque illi praestando eo sumptui non sunt, eos perpetuis addicere cruciatibus?

Qui iam his moti, ut Deo iustitiam adserat. Falsum huc rant apud tribunal suae rationis, illo confutante ratio giunt, ut dicant aliquid nobis superesse uinis dogma triu, quibus uocati a Domino, & gratia eius de proprijs adiuti, quam nemini non offert, ad rectam uiribus uitam peruenire possumus, si non ultro auerti nos ab illa patiamur per nostras cupiditates & Sathanam. præterquam quod hoc commento rationi minime satisficiunt, eò præterea adducunt se, ut si tueri istuc suum commentum uelint, necessario negent Deum esse. Rationi quidem illos hoc commento iustitiam Dei defendere non posse, ex eo liquet, quod non Ratio possit Deum non inhumanitatis in figura sua arguere, quod finit homines factos ad imaginem suam abstrahi a uita sancta & beata in exitium sempiternum, cum queat uel solo nutu illis auertere, quicquid eos a uita uitæ seducit. Quis enim pater, immo quis hominum, quamlibet extraneus, si modos sit ex eorum numero, qui nihil humani a se alienum putant, uideat filium suum, aut quemlibet hominem incidisse in eiusmodi homines, qui sint eum ad per-

niciem certam abducturi , nec abstrahat eum quam primum ab illis , maximè si id solo nutu queat efficere , etiam si is abunde præmonitus , sua insigni culpa talibus impostoribus auscultet . A Deo siquidem inditum nobis est , ut iudicemus boni viri officium esse , seruare omnino quos possit , etiam ingratos atque inuitos , idem possit itaque ratio nostra à Deo huius iudicij autore .

Contra omnes scripturam Ita si etiam concedatur id , quod isti profecti non solum contra omnem scripturam , sed contra ipsam quoquerationem sumunt , ipsam ratiōne esse cuique homini vires uocationem Delitionem est , sequendi , & oblatam gratiam amplectent credere cui dī , haud tamen eo satis sit rationi humanae , que homini ut in iudicio Dei , quo æternis addicit ignis uires bus , qui prauis se cupiditatibus permissequendi nihil defyderet . Semper enim reclamatio uocationē mat . At poterat nullo negotio efficere Dei , et amō Deus , ne peruersis cupiditatibus homines à recto deducerentur . Et si dicas , Sed non decet , ut nos cogat Deus , Respondest , potest donare bonam mentem , ut ultro uelimus quod rectum est , non cogamur . In futuro non coget , & dabit tamen ut bono hoc est , sibi immoti perpetuo inhæramus . Sique dicas , sic autem nullum esset nostrum meritum , quia nullum certamen , nullum periculum , regeret illa , magis decere

ut

ut sit omnis salutis nostrę gloria solius Dei,
& nobis potius experendum, ut seruemur
sine laude meriti, acti ad uitam sola uirtute
Dei, quam ut pcreamus relicti nobis, quo
mereremur uirtute nostra. Itaq; nihil pror-
sus satis esse potest, quo approbetur iudi-
cium Domini, nostræ rationi, si illa sibi de-
eo iudicare permiserit.

Iam commentum istuc, nos tantum ha- *Qui tueri*
bere uirium ad rectè uiuendum, ut uocati uolunt, nos
per Euangeliū, & ea Domini gratia ad uirium tan-
iuti, quam omnibus mortalibus perpetuo tum habe-
offert & donat, possumus uocantem Deum re ad recte
sequi, & oblatam gratiam amplecti, eius uiuendum,
modi esse, ut qui illud tueri uelit, necessa- *ut possimus*
rio neget, Deum esse, inde perspicuum est, uocantem
omnes cum Deum nominamus, intelligi sequi, &
mus autorem omnis boni, & qui aliquid gratiam ob-
boni non effici à Deo affirmet, cum non latam am-
dubitant negare Deum. Si nanc; uel cantil- *plete*, ne-
lum boni à Deo non est, iam non omnis bo-cessario ne-
ni effector est, cōque nec Deus. Atqui cum gant Deū
islii præposteri patrōni diuinæ iustitiae di- *esse*.
Qui sint
cari, & parem gratiam, ut uocantem Deum præposteri
sequantur cunctis offerri donarique, & ut patrōni di-
hanc gratiam Dei homines amplectantur, *uina iusti-*
esse in uiribus ipsorum, rogabimus eos, un-
de sit, ut aliij gratiam oblatam omnibus ex-
& quo amplectantur, bene uisi uiribus suis,

alij eam respuant, usi viribus suis male. Si dicant id ab homine esse, non à Deo, iam bonum præcipuum, à quo cætera omnia pendent, amplecti oblatum Dei fauorem, est ab homine, & habet homo quod non accepit, nec est iam Deus effector omnis boni, ergo nec Deus. Hoc non solum, ut dixi, cum scriptura: sed etiam cum sensu communis pugnat. Si id uero à Deo est, ut quis uocantem Deum exaudiat & sequatur, ut est, Deus nō donat gratiam suam omnibus ex aequo. Illis enim qui uocationem Euangeliū sequuntur id ipsum donat, quod illis, qui Euangeliū respuant, non donat.

Ratio huius. Manet itaque adhuc & semper, quod Ramanus semper in iudiciis Dei criminetur, si illi iudicatur per habet re de omnium iudice Deo permittas. Si uero quod in istuc usu uenit de tota dispensatione salutis nostræ, mirum non est, si accidat, & de Deo crimini tis, mirum non est, si accidat, & de netur, si de eo quod uisum Deo est, pariter cunctos mortales, tales Euangeliu uocare, etiam si non uelit o- iudice Deo iudicare ueritatem uocationem eam sequi. Nam multi uocati, pauci electi. Fatebuntur igitur sancti in- Deus uult genu, imo & prædicabunt, Deum uelle qui Euagelium dem Euangeliū prædicari omnibus, eoque prædicari uocari ad uitam cunctos mortales, nolle au- omnibus, tem ut omnes Euangeliū credant, nec enim uocari omnes id omnibus largitur, sed indurat multos, ne nes ad uitam illud audire sustineant. Siquidem uenit, ut ipse non uult ait, multis in iudicii, & Paulus docet, Euangeliū

gelium, quod per se uirtus est ad salutem ut autem omniuersis, esse odorem mortis ad mortem ihs, nes Euange qui pereunt, 2. Corinth. 2. In eo impletur illo credere. Iud. Audite auditionem, & non intelligite, uidete uisionem, & non cognoscite.

Cum D. Paulus Romæ Iudeorū primo ritibus Christum prædicabat omnibus, indu bie id faciebat Domino ita uolēte & iubente: at tamen cum plærīq; non crederēt, ipse te stabatur impleri in eis uaticinii Iesaiæ. Audite auditionem, nec intelligite, &c. Voluit itaque Dominus istos Euangeliouocari, & tamen non uenire. Ita cum Ioab Dauidem à numerando populo reuocaret, recte monebat, & ideo ex Deo: sed quia irascebatur Dominus populo, Rex Ioabum non audiuit, idq; ita uoluit Dominus. Ad eundē modum cum Dominus ipse Iudam tam graui ter admoneret mali sui, moneri & reuocari illum à pernicioso suo instituto Deus uoluit, ne non satis illi misericordiam suam offerret: iusto tamen iudicio noluit ut ille monitioni eiusmodi auscultaret. Sic est ergo ratio Deo, hoc ipsi uisum est, omnes quidem ad se uocare externo uerbo, non autem omnes ad se spiritu suo attrahere.

Tamen si autem qui non aterrahuntur, ut Quamuis nire ad ipsum nō possunt, Ioan. 6. tamen qui uenire non cunque uocati fuerint, ipsi se postea contem possint ad p̄ae misericordiæ Dei condemnent, necesse Christum

F v qui non tra

buntur, tā est. Si non uenissēm inquit Dominus, & lo-
men quī uo cutus eis fuisset, excusationem haberent,
cati non ue nunc autem nullam habent. Atq̄ hanc caus-
niunt, con= sam scriptura ostendit, cur Deus induratis
demnabunt etiam præcepta salutis ingeri uult. Et quan-
se contem= quam ratio humana semper in id impingat,
pt̄ miseri= quod Deus eos , quos indurat, simpliciter
cordie Dei. nō uult auscultare sibi, & obijciat quod hic
habetur, uoluntati eius quis resistet: tamen
cum iudicium suum Deus exercere coeperit,
hoc est, ubi homines ad serium iudicium sui
iporum exciuerit, ibi euaneſcunt cauillatio-
nes istiusmodi cunctæ, nec poterunt homi-
nes aliud quam se ipsos, ut qui ultro Dei bo-
nitatem spreuerint, condemnare, & Deo o-
mnem laudem iustitiae confiteri . Sancti ita-
que in quibus nunc quoque uerbum atq̄ iu-
dicium Domini ualer, ij Domino semper
summam iustitiam in omnibus iudicij suis
tribuunt, sibi uero culpam omnē quicquid
peccarint. Cumq; ratio eorum offenderit a-
licubi in iudicij Domini, statim compri-
munt eam spiritu ingerente illud. O homo
quis tu es &c. nec unquam immittunt se in
abyssum iudiciorum Dei, ut ea excuterent,
causasq; eorum exquirerent, sed ut iumentū
sele præbent totos ducendos dexteræ Dei:
dicunt, bonum mihi adhærere Domino.
Psal. 73.

Ex his iam patere potest cōciliatio loco-
rum,

rum, in quibus Deus diserte testatur se quos
 dam indurare ne se audiāt & salui fiant: cum
 ijs, quibus misso verbo suo æque diserte te-
 statut his ipsis quos indurat, se hoc unice ab
 eis poscere, ut se audiant & salui fiant. Tales
 certe erant quibus dicebat. Quoties uolui
 congregare filios tuos, sicut gallina colligit
 pullos suos sub alis suis & noluiti, Matth.
 23. Ita, Tota die expandi manum meam ad
 populum nō auscultantem, & contradicen-
 tem. Iesa. 65. Etenim sic consilium & iuslum
 Deo iudicium est, ut reprobis modis omni-
 bus arrestetur eos oblatam ipsis misericordi-
 am suam spernere atque renuncere, eoq; sese ip-
 sos perdere, ipso eos semper ad salutem uo-
 cante, licet simpliciter nolit eos saluos face-
 re, quia eos ad id non elegit, aut fecit etiam.
 Scholastici secuti in eo Damascenum, uocat
 uoluntatem Dei de salutis reproborū, quam
 eis offert externa ad salutem uocatione, uo-
 luntatem antecedentem, & uoluntatem si-
 gni: uoluntatem autem perditionis eorum,
 uoluntatem consequentem. Porro etiam a-
 lias res proponit interdum Deus, utiliae ex
 proximis caussis existunt, & futuræ appa-
 rent, cum ramen eæ aliter apud ipsum habe-
 ant, aliterq; sint necessario euēture. Ezechias
 peste correptus erat, & nō uidebatur modo,
 sed erat etiam moriturus uia naturæ, hoc
 est, operatione Dei in corpore illius so-

Ihesus sic ergo Dominus fatum suum Ezechiel exponebat. Dispone inquietabat per uatem domini tuam, nam morieris, tamen nolebat illum mori, sed uoluit tuo eius adjicere annos quindecim. Sic egit & cum Niniuitis.

Vbiq[ue] sane induit se Deus homine, agens nobiscum hominibus, proponit nobis sua de nobis consilia ea ratione, qua nos illa ad salutem nostram maxime percipere possumus.

Quae Do[m]inus. Proinde quae præcipit nobis atque minus nos silit, ea debemus simpliciter amplecti, nubibus præcipit quam inquirere uel caussam eorum quae iubemur, ultra eas quas Deus ipse uerbo suo silit, debeat explicat, uel etiam congruentiam eorum cum mus simpli alijs eius factis & dictis. Sic namque fixum est cetero ample se oportet in animis nostris, Deum negare non aut se ipsum non posse, eoque nec sibi pugnare, tem inquit aut aliquid se non maxime decens admittere eorum re, ut diuersam uelsuspitionem summe hor causas, ul[icet] reamus. Interim autem ad cognoscendam traxas quas & adorandam infinitam Dei maiestatem & ipse suo uerbo expliq[ue] amplitudinem, item ad consolandum nos, dum absque fructu salutis in hominibus uidemus uerbum salutis per nos uel alios predicari: libero & firmo mentis intuitu etiam ea loca adspiciamus, & quam simplicissime accipiamus, in quibus Deus ipse nobis predicat, omnia fieri suo nutu, ac ideo optime, etiam dum sanctos in hoc seculo: reprobos in hoc & in futuro seculo, malis inuoluit, tam

tam quæ ipsi admittunt, quam quæ patiuntur. Has siquidem duas ob causas, ut im-
mensam Dei bonitatem adoremus, & in
præsenti fiducia diuinæ prouidentiæ firme-
mur, prædicat ista scriptura de abyssō iudi-
ciorum Dei & prouidentia, omnia iustissi-
me quidem, sed ea ratione dispensantis, ut in
eam ratio humana non possit non impinge-
re, si excutere eam & iudicare prelumat. Op-
primitur enim à gloria irreligiose maies-
tem perscrutans.

De illo quod Apostolus scribit ad Timo-
theum, Deum uelle omnes homines saluos
fieri, suo loco disseremus uolente Christo.
In hac sententia ualet, omnes, idem quod
quoslibet, uel ex omni hominum genere:
hortabatur enim illic Apostolus ut pro om-
nibus, id est, omnium ordinum hominibus
preces fierent, pro principibus & potestate
præditis. Idem uisum est & D. Augustino in
Enchiridio cap. 103. & de correpti. & gratia.
cap. 14. Fit sane necessario quicquid Deus
uult simpliciter, quæcunque enim uoluit fe-
cit in celo & in terra, at quæ uult & probat
in uita suorū, ea multis, simo omnibus pro-
ponit externo uerbo, quæ tamen non uult
simpliciter eos amplecti, quos decet esse ex
multis uocatis, non ex paucis electis: qui uo-
luntati quidem Dei, quam exponi uult om-
nibus, obtinere autem tantum in electis, ade-
uersantur,

Dum Apo-
stolus ait
Deus uult
omnes ho-
mines sal-
uos fieri: o-
mnes idem
ualet, quod
quoslibet,
uel ex omni
hominum
genere.

Vestigandum à uersantur, sed cum Deus hoc ipsum in nobis non est, eis uult simpliciter, Dei uoluntati singuliaria iusticia uel alius sal qui sicut hoc, qua iustitia Deus aliū ueū simpliciter: lit saluum simpliciter, alium autē uocari alium autem uo tantum ad salutem, perditum uero sim caritatum ad pliciter, uestigandum à nobis nō est: ita salutē, perditum nec illud, qui deceat Deum, uocare ad sa uerò simpliciter, ut uocationi pareant atq; seruētur, quos tamen simpliciter uult audire nec intel-

Parere uocatio= ligere, uidere nec cognoscere. Certum ni Dei est initium enim est, ut uocationi Dei quis pareat, totius salutis, do quod est initium totius salutis, id esse do nā & opus Dei, num & opus Dci: quod Deus alijs lar= quod Deus alijs gitur, alijs negat. Illis enim suadet ut per largitur, alijs ne suadeat, his non ita: & non possunt non gat. sequi uocantem quibus persuadet, nec sequitur quibus nō persuadet. Vult itaq;

Non possunt nō omnino alias audire & exaudire, alias sequi uocantem, audire & contemnere. Cui autem ita ue quibus Deus per lit & faciat Deus, D. Augustinus duo suadet: nec sequi tantum habet quæ respondeat, O altitu quibus non per= dico diuitiarum. Et. Nunquid iniquitas suadet.

Cui curioso de at ne inueniat præsumptores. Despiritu causis prædesti= & litera capite trigesimo quarto. Nec a= nationis non sa= liud respondebunt, quicunque uere pñ tisfacit Paulus dicens, O altitu sunt.

sunt. Hactenus de locorum istorum, do diuitiarum,
quibus Deus testatur uelle saluos quos= ex*c.* Et nunquid
cunque uerbo suo externe uocat; & qui= iniq*uitas* est a=
bus testatur, se indurare quosdam, ut au*pud* Deum? qua*e*
dientes uerbum suū non intelligant aut rat*doctiores*, sed
sequantur, & ita minime salui fiant. *caueat ne inue-*
*niat pr*ae*sumptu-*
res.

MARTINVS BVCE-

RVS IN ENARRATIONE CAP.

noni, ad Romanos. Imp. Argentine per Vuendeli=
num Ribilium, Anno M. D. XXXVI.

Quæstio de libero arbitrio, utrum ho-
mo sit libero arbitrio præditus, et
quid eo ualeat.

Ut pateat quid ad hanc quæstionem re=
spondere conueniat, primum omnium sta=
tuendum est, quid uelimus hoc nomine libe=
ri arbitrij intelligere. Græci uocat *avt*op*eris*,
quod significat esse suæ potestatis, uel agere
a se ipso, suo arbitratu. Id ipsum est in
uoce

Vocē liberī uocē liberī arbitrij. Nam liberū omnes in arbitrij si telligunt eum qui sit sui iuris, qui agat quæ significatur, ipse uult, non cogatur ab alio : & arbitri- esse suæ pō um, placitum fere significat ex consultatio- testatis, uel ne & delectu existens. Vnde arbitrari quæ agere à se dam species iudicij est, cum decernitur utra ipso, suo ar pars iure nitatur. Recte itaq; Thomas A- bitratus.

quinas liberū arbitrium, uoluntatē intelli- git qua eligimus, quod ratio consultatione conducibilius esse depræhendit & arbitrata est. Eadem uero est sententia D. Augustini, qui uolens adstruere esse hominī liberū uo- luntatis arbitrium, adducit eas scripturas, quæ uoluntatem nostram compellant, pro- positis præmījs, facientibus quæ præcipit Deus, & minis, ea negligentibus. Cumicq; plurimas adduxit, sic concludit. Vbi ad ali- quid faciendum uel non faciendum in dñi- nis monitis opus uoluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium. Est igitur

*Quid sit li- berum arbitrium ex Augu-
stino.* & D. Augustino liberum arbitrium, uolun- tas qua alia complectimur, alia respūmus pro nostro arbitratu, ita ut ipsi ea bona uel mala existimamus.

Quidam qui hanc quæstionem tractant, uidentur liberum arbitrium accipere pro li- bera facultate faciendi quiduis. Dum enim non possumus amplecti præcepta Dei, si ie- plum Deum ignoremus, & hunc nisi renati & spiritu Dei illustrati cognoscere non ua- lem us,

lemus, illi negarit esse homini liberum arbitrium, quia non possit facere quælibet: non enim potest inquit amplecti Dei præcepta. Sic eis quoque liberum arbitrium admunt, qui iam aliquo modo Deum cognoscunt, & præcepta eius amat, sed pro innata peruersitate non faciunt quod probant, sed malum potius quod damnat. Nonnulli ad ipsam usque rerum efficientiam arbitrij libertatem extendunt, negantes ideo hominem prædictum libero arbitrio, quia subinde frustretur proposito suo, euenientibus rebus contra quam instituerit. Sed cum dicimus liberū arbitriū, nō dicimus uim & facultatē liberam efficiendi, sed uoluntatē que feratur pro nostro arbitrio. Aliud est pro arbitratu uelle & diligere, aliud efficere. Quanquam cui est uera & plena uoluntas, is nihil non perficiat, quod quidem suis uiribus perficere queat. Illi qui faciunt malum quod odrunt, & negligunt bonum quod uolunt, nondum solide uolunt quod bonum est. Quod autem perfecte quis uult, & ab extero aliquo impeditur ne possit, ut si quis uolens operam suam pauperi collocare, & impediatur uel à morbo, uel à tyranno, is apud Dominum iudicatur quod instituit perfuisse.

Non defuerunt, qui in libero arbitrio intellecterint uim effectuam primam & ro-

tam, eoꝝ quia scriptura testatur Deum age
re in nobis, & agerenos, negarunt nostram
uoluntatē quicquam agere, etiam in ijs quæ
magnō studio agimus, & facimus. Atqui
cauſa prima non excludit actionem cauſa
rum secundarum. Agit sane in nobis omnia
Deus, & agit nos quoꝝ quo ipſiusum est,
uerum ita ut uos quoque agentes efficiat:
agit nos qui utique eius actu res cognoscimus, eligi-
quo ipſi ui- mus, amplectimur, fugimus, corporis uires
sum est: sed admouemus.
ita ut nos

quoque a= Nos ut iudicio de re ipsa D. Augustinus
gentes fac= lequimur, ita & nomine sequemur, liberum
at. arbitrium intelligentes, uoluntatem liberū,
Quid sit li propriæ rationis arbitrium ultro sequentē.
berum arbi Sic sane conditi sumus, ut seramur uolunta-
trium secū= te in ea quæ nobis bona nouimus, abhor-
dum M. Bu rēamus ab ijs, quæ scimus nobis mala esse.
cerum. Iten quædam cognoscimus natura bona
uel mala nobis, de his ut nullum est arbitri-
um, nulla electio, ita necessario uel in ea feri-
mur, uel ab eis refugimus citra ullam con-
sultationem atque arbitrationem. Hæc sunt
in bonis, fœlicitas, & quæ cum hac nobis ap-
parent habere connexionem necessariam.
Utque uiuamus, sine molestia uiuamus, eda-
mus esurientes, bibamus sitientes, et simi-
lia. In malis, in fœlicitas, & quæ uidentur
cum hac necessario coniuncta esse, ut mors,
crucia-

eruclatus; si opia rerum quibus uita præ-
sens sustentatur, & hoc genus alia. De his nō
est liberum arbitrium, sed necessaria uel vo-
luntas & appetitio, uel auersatio & fuga. De
quibus autem nō bis non statim liquet, si ne
cessario saluti sunt, uel exitio, de his arbitra-
mūr, hoc est, ex consultatione iudicamus,
ut q̄ de eis certo & perfecte iudicamus, ita
ea uel appetimus, uel fugimus. Et hæc sunt
liberi arbitrij, id est, uoluntatis nostro iudi-
cio excitæ. Talia sunt quæcunque pertinēt
ad cultum Dei, & ad uitam cōmode & de-
center transfigendam: quæq; his aduersa sunt.
Nam quemadmodum de his non eodem
modo iudicamus, ita nec pari ea ratione uel
appetimus uel fugimus.

Porro cum sic uitiata sit natura hominū
peccato primorum parentum, ut nī renati
cognoscere quæ sunt uerī cultus Dei nō pos-
sumus, eoq; nec eligere, Philippus Melanch-
thon dicere solet, homini esse liberum arbi-
trium in rebus uitæ ciuilis, non autem in re
bus uitæ quam probat Deus, intelligit au-
tem homini esse facultatem de ciuibus re-
bus, ac ipsa ciuili & externa iusticia, aliquo
modo uerum iudicandi & diligendi. De eo
nos differemus in altera parte huius quæ-
stionis, quid liberum arbitrium ualeat, ad-
huc enim de nomine liberi arbitrij disputa-
mus, mox excusuri, an sit homini liberum

arbitrium, postremo quantum ualeat, uel quale sit. Nos itaque nomine liberi arbitrij intelligemus simpliciter, facultatem deligen- di & refutandi quæ incident, pro nostro ar- bitrio & iudicio. Isthæc enim facultas hoc nomine, liberum arbitrium, nativa signi- ficatione notatur. Hactenus quid nomen liberi arbitrij ualeat.

An homini Si iam rogatur, num si homini liberum insit liberū arbitrium, ipsa docet experientia respondere arbitrium. dum, esse homini liberum arbitrium. Quicquid enim rerum omniū, non statim & ple- ne apparet esse aut bonum, aut malum no- bis id omne animo amplectimur, uel respul- mus pro nostro iudicio & delectu: quæ ue- ro illico & solide apparent bona aut mala, ea quidem sine deliberatione & arbitratio- ne statim cupimus, uel auersamur, sed semper sponte nostra, & propria propensione. Isuc ergo cum nos facere uideamus, faculta- tem esse nobis ita faciendi quis dubiter. Scri- ptura quoque ad stipulatur, dum in omni- bus præceptis, promissis & minis ratione & uoluntatem nostram compellat, quod ar- gumentum est D. Augustini & omnium pa- trum, quo probant nos libero arbitrio pol- lere. Scriptura sane proprie & certo loquie- tur atque decentissime, cum ea igitur ubiqꝫ nos conuenit, ut qui iudicare & probare de- beamus quæ præcipit, quæꝫ prohibet, & eligere

elgere quæ commendat, refutare à quibus
reuocat, hoc autem non est nisi habentis fa-
cultatem iudicandi & pro iudicio suo eli-
gendi, hoc est, pollutis libero arbitrio: tri- *Homo Dei*
buit utique scriptura homini liberum arbi- *beneficio*
trium. Hinc agnoscit D. Augustinus dog- *sic conditus*
ma fidei catholicæ, esse homini liberum ar- *fuit, ut libe*
bitrium. Fateamur ergo & nos hominem ro arbitrio
Dei beneficio sic conditum, ut facultate ra- *præditus es*
tionis, & uoluntatis rationem sequētis, hoc *est.*
est, liberi arbitrij præditus sit, id quod om-
nes experimur.

At cum quereretur quād late hæc facultas *De liberi*
pateat, in quæ explicet sese hoc nostrum libe *arbitrij ui-*
rum arbitrium, tum demum fatendum erit, *ribus.*
liberum nostrum arbitrium per se nihil
posse in ea quæ sunt ueræ pietatis, ut quidem
illa amplectatur, sed tantum ut ea respuat &
fugiat. Non enim uidetur nunc disputan-
dum esse, quid olim hæc facultas potuerit
in primo parente: Theologi siquidem est
de eo disputare, quod nobis conducebat, & ad
id, ut proficiamus in cognitione studioque
Dei.

Optima cōditione primus homo factus
est, eam perdidit peccato cum sibi, tum no- *Primus ho*
bis, Christus meliorem conditionem resti- *mo optima*
tuit credentibus. Hæc tenere de his satis est. *conditione*
Quanta fuerit Adæ iudicij certitudo, recteque factus fuit:
uoluntatis facultas, non est in scripturis ex- *illam pecca*

to perdidit posicū, ne igitur id nos curiose uestigemus,
cum sibi, non enim quantum ille olim boni habue-
tum nobis: rit, sed quæ in nobis illius & nostris pecca-
at Christus tis bona desiderantur , utque ea per solum
meliorēm Christum obtinere liceat,nobis consideran-
nobis restitutum & perpendendum est.

tuit. Præsentem itaq; hominum conditionem

Quæ sit li- intuentibus fatendum est.liberum arbitriū,
beri abi- quod conuenit homini esse,ita esse infirmū
trij infirmi & mancum,ut sine spiritu Christi totius ho-
tas.

minis innouatore & actore , in ea quæ uere
utilia sunt,hoc est,quæ Deo nos approbant,
quibusq; recta uita constat , prorsus nihil
possit : in reliqua uitæ huius posse quidem
aliquid,at nunquam citra errorem , ut auc
plane noxia pro bonis deligat , & bona pro
noxijs refutet,aut certe nec bona expetat nec
mala fugiat ita ut oportet , utque & illa bo-
no & hæc malo nobis sunt. Duo habet
hæc responso , liberum arbitrium non re-
natū in ea quæ nos Deo cōmandant, pror-
sus nihil posse, in res alias posse, sed nunc
quam citra errorem . Prior pars huius re-
sponsionis facile patet fidem habenti scriptu-
ris,& scienti quid in nobis comprobat De-
us. Animalis homo non potest percipere
quæ Dei sunt, testatur Apostolus .Corin.z.
quomodo igitur ea unquam arbitretur am-
pleteenda esse,& deligat? Liberum itaque
arbitrium sibi relictum,quæ Dei, quæq; ue-
ræ pie.

ix pietatis sunt, reñcet semper, expetet nunquam, nam aduersatur pietas h̄s quæ expeñtit. A puero cor hominis præsum est, & studet rebus peruersis.

Hoc spectantes alij dicunt uoluntatem nostram nō esse liberam in his quæ ad ueram iustitiā pertinent, quia non possit uere obediere legi Dei. Sed forsitan non est inficiandū ob id uoluntatem nostram erga ea quæ ueritæ pietatis sunt, liberam esse, dum libere & Liberum ex suo iudicio illa respuit, liberum enim hic uoluntate se & uoluntati detur opponi coacto. D. Augustino liberū tarium, idē esse & uoluntarium idem pollet, tamq; ineptum ei sonat, uoluntas non libera, atq; canta D. Augustinum absq; calore. Et omnes quidem sancti stinū. tamq; patres hinc uoluntatum peccatum impijs hominibus in eptum ei nibus iure imputari, quod sua uoluntate & sonat uoluntas non libero arbitrio oblatā Dei bonitatē respunt. Illud quoq; satis cuiq; manifestum est, libera atq; impios homines auditā ueritatē arbitrari, calidū absq; et libera plane uoluntate reñcere. At illi qui ne que calore. gant homini esse liberū arbitriū in iustitiam Dei, id spectat, quod nemo sine spiritu Dei Cur peccat illā potest amplecti: liberā siquidē uoluntatē tum impijs in pietatē intelligunt, que pietatē perinde ex hominibus petere possit, atq; fugere. At si id sufficiat ad imputetur negandam libertatē uoluntatis, quod ea nō iuxta sententiam in utramq; partem, tam scilicet ad elicētiā San gendū, q; ad repudiandū, negandū foret Deo etorū p̄ esse liberā uoluntatem, & nobis in iudicio trum.

ueritatis rite confirmatis, fore. Nequid enim Deus experire quod iniustum est, & id nos quoque nequibimus, cum datū fuerit Deū Libera est uidere sicuti est, Nos itaq; libenter confite homini no mur, liberam esse homini voluntatem in o luntas in mnia quæcunque illi offeruntur, quia nem omnia que illi offerun respuit: nunquam autem posse probare & tur, quia amplecti ueram pietatē, nisi fratrem actam q; nemine co spiritu Christi. Hic enim dum abest, mortu gente eli us homo est delictis, hoc est, omni sensu ue git, aut re ræ uitæ destitutus, & agitur præterea spiri spuit. tu malo omnium scelerum authore, qui oīp re oī pōie tñs aītēbāes.

Dum spiritu teram partem respcionis hic datae indu tus Christi bitatam esse, nempe in omnibus plurimum abest, mor̄ obtinere erroris, & homines aut noxia protius hominis eligere, & bona pro noxijs cōtemne est delictis, re, aut non ut oportebat bona expetere, & agitur mala declinare, si nō omne arbitrium regat spiritu m̄ spiritus sanctus. Quid enim possint aliud, lo, qui oīp quos omnis uera uita destituit, qui uera yā. oīp iūis & tantur in tenebris, quos uersat, rotatque iūis & tenebris. pro sua libidine Satan, agens in illis? Attramen res ipsa docet in eos quoque, quos adhuc captiuos tenet Satan, multa in actioni bus huius uitæ uidere & facere, quæ uera re ctaque sunt. Negari itaque non potest in his liberum arbitrium aliquid ualere, ut nimirum uero arbitrio delectum faciat.

Nam

Nam cum Deus concedit illos quoque hic suis beneficj frui, id est ut homines agentes sua ratione & uoluntate, necesse est, ut non semper errent, & noxia pro bonis sibi expectant. Agit itaque & regit illos, ut saepenumero, non tantum quae priuatim, sed & quae publice prosunt pulchre prospiciant, & fœliciter instituant, præcipue uero quae ad iustitiam attinent, sine qua humana uita consistere non potest. Hinc tam præclaræ leges, et accuratæ ad uirtutem exhortationes ab ihs saepissime profectæ sunt. Quanquam forsitan non inuenias, qui constanter uirtutem prædicent, & uirtuti tamen non uere studeant, donatiq; sint spiritu renouatore.

Sed quid de his opus multa disputatione, uidemus & sentimus quantum error & perueritas ualeat in omnes mortales, quamque singulare Dei donum & opus sit, qualibet in re id iudicare & suscipere quod bonum est. Aristoteles qui tamen plurimum Aristoteles. humanis viribus tribuit, satetur, si quicquā *Virtus*, si aliud, uirtutē esse donum Dei, frustraque esse quicquam omne studium hominis, si non bene natus sit, aliud, est do agnoscit. Plato nulla ui aut industria huma= num Dei, na, sed solo afflatu propitiū Dei uirtutem ho frustraq; o- minibus constare adfamat. Etenim experi- mne studiū mur etiam, solum Deum bonum esse, eo que hominis, si solum facere id omne, quod uerum, quod re non bene etum, quod bonum est. Hic adspirat, & ad natu sit.

Solus Deus statu suo efficit in alijs rebus ut sint tantum
 bonus est, certis modis distincta & qualitatibus agen-
 solusq; fa= tia,in alijs ut etiam uiuant, in alijs ut præte-
 cit id omne rea sentiant , in hominibus ut ratione &
 quod uerū, mente quoç̄ polleant. Ita hominibus adspic
 quod re= rat mentes et uires uarias,alios enim adflat,
 etum,quod ut excellant artibus,alios ut præstent elegan-
 bonum est. tia morum , alios ut ualeant fortitudine,
 alios ut insignes sint eruditione & doctrina
 na , alios alijs dotibus insignes facit , quos
 uero ad uitam æternam sibi delegit, eos pri-
 mū adflat spiritu suo,ut à se per omnia pena-
 deant,in se ubique respiciant, hoc unice stu-
 dentes,ut accommodent se ei personæ,quam
 ipse eis imponit, tum instruit peculiariter,&
 impellit ad certa munera, quibus ipsis uti de-
 creuit,ad explicandā hominibus bonitatem
 suā. Hæc illa uarietas est spirituū & donorū,
 quā Apostolus infra 12. & 1. Cor. 12. prædicat.

Ut uero qui constanter,& prompte recte
 uiuunt,aut aliæ ad utilitatē hominum agūt,
 eo id præ se ferunt,quod cernimus adesse ihs,
 quos dicimus habere habitū aliquid agen-
 di, facultatem scilicet qua id cuius dicuntur
 habitū habere agant constanter,prompte et
 suauiter,Scholaftici dicunt ihs,quos spiritus
 Christi perpetuo agit,ad uiuendū pie,adesse
 donū gratiæ habituale, id Paulus uocat no-
 uum hominē , nouam creaturā,institutionē in
 Christum,& huiusmodi. Agnoscant tamen

præ-

præterea opus esse semper gratia mouen Quid intelligat
 te & agente ad ea quæ recta sunt. Ita nō Paulus per nouū
 ueteres modo, sed etiam qui inter Scho- hominem, no-
 lasticos probatiores sunt, quicquid libe uam creaturam,
 ri arbitrij homini tribuunt, omnes con- infitionem in
 sentiunt, sine peculiari impulsu, & perpe Christum, &
 tuo actu spiritus Dei, homines nec con- huiusmodi.
 uertere se ad Deum posse, nec conuersos Sine peculiari
 perstare in uia Dei , nec lapsos resurge- impulsu, &
 re , nec stantes & proficientes persequi perpetuo actu
 id, ut in uia Dei consummati sint , nec spiritus Dei,
 labi amplius possint , sed hæc omnia homines non
 esse gratiæ Dei. Sequuntur enim D. Au- possunt se con-
 gustinum cuius hæc sententia est. uertere ad De-

Conati quidem sunt nōnulli uiribus um, nec conuer-
 naturæ humanæ affingere , posse hanc si perstare in ui-
 singula peccata uitare, mereri ut ei De- ta Dei, nec lapsi-
 us de congruo gratiam largiatur , dili- resurgere, nec
 gere Deum supra omnia, sed reclamant stantes proficere
 non scripturæ modo, sed ipse etiam sen- ut in uita Dei
 sus communis, adeo nulla nobis ex na- consummati
 tura reliqua est efficax uel Dei, uel ueræ sint.
 iustitiæ cognitio. Ex eo tamen non con-
 sequitur, Deum respicere personam, aut
 inique de hominibus statuere, quod il-
 li consequi uolunt, ut supra abunde ex-
 positum est.

Contra alij nonnulli considerantes,
 quod scriptura omnia salutis gratiæ Dei
 accepta refert, & ingenium omne nostru-
 ubiqz

Agimus acti in ubique damnat summam*impie*tatis , ad se recte factis , quia runt nostram uoluntatem in recte factis en ex nihilo si= prorsus nihil agere , sed tantum agi . Sed uis , nihil pror= hoc quoque satis sentianus , nos actos age sus ex nobis posse , & sic loquitur scriptura , quam sequi sumus . Sed ne= nos conuenit . Certum quidem est ex ni= cesse est Deum hilo cū sumus , nos ex nobis nihil pror= operari in nobis sus posse , sed necesse esse ut operetur in & uelle & ope= nobis Deus & uelle & operari . At si ope rari , ratur in nobis , id est , efficit uelle & ope

Veri Theologi rari , uolumus fane & operamur , agi= est fugere argu= musque acti . Theologi ueri est fugere ar= uias & logoma= gutias et logomachias , res uero ipsas fe= chias , res uero i= ctari iuxta domini uerbum quam sim= ples sectari iu= plicissime , omniacque hoc referre , ut in fi= xata uerbum Do de in promissiones Dei , & studio in iu= mini , ut proficia uandis proximis proficiamus .

mus in fide in D. Augustinus agnoscit nos agereli= promissiones bero arbitrio , & cum nos ad Deum con= Dei , & studio in uertimus , & cū in uita Dei proficimus , iuuandis proxi= cumque eam absoluimus , & tamen nisi mis.

cōuertat nos , & attrahat ad se Deus , nisi
Dum nos ad uiuat ipse in nobis , uitamque suam nobis Deum conuerti , consummet , nos nec conuerti & uenire mus , & in uita ad ipsum , nec uiuere uitam eius , nedum Dei proficimus , iam absoluere posse . Hæc ratio expedi= agimus libero artissima , & scripturæ pulcherrime con= bitrio . & tamen gruit , tribuimus enim omnia Deo , & nisi Deus nos cō ipsius donum atque opus in nobis , quic= uerat , & attra= quid recti facimus , ita ut est , agnosc= mus ,

mus, & iuxta eius uerbum confitemur. Nec hat ad se, &
 datur eo occasio ut homo culpam suam ad- uiuat in no-
 scribat Deo, nec ut sibi tribuat quod est do- bis, nos nee
 num Dei. Quod enim nihilominus omnia conuerti,
 pendent ab actione libera Dei , qua ille mi- nec uenire
 seretur, cuius miseretur, & indurat quē uult, ad ipsum, /
 mouet ad se nostrum liberum arbitrium, uel nec uiuere
 auertit à se , id non ualere tamen eo, ut quis uitam eius
 quam culpam perditionis suę imputet Deo, nedum iam
 non sibi, testatur cuiq; suum ipsius cor, agno absoluere
 scens se sua culpa perire , etiam si uerbis ad possumus.
 alios diuersum adserat. De quo supra. In eo Quamuis
 uero est , omnium orthodoxorum consen- Deus mis-
 sus. Quicquid enim prisci patres scribunt de reaturo= futuris hominum meritis à Deo prouisis, ias miscre= & paritate gratiae , quæ omnibus offertur, tur, et indu= non autem pariter recipitur, nō eo scribunt, ret quem
 quasi non agnoscant omnibus omnia bona uult, non ita sola Dei bonitate constare, nullis ipsorum ui= mē ideo de= ribus ex se. In his enim locis, quæ in hoc ca= bet quis= pite insunt D. Chrysostomus identidem ad quam cul= monet docere Apostolum, omnia nobis con= pam perdi= tingere dono uirtutemq; Dei. Illud modo ca= tionis sue uere uoluerunt, ne quis impietatis suę cul= non sibi sed
 pam in Deum transferat; Ita D. Augustinus Deo impu= & qui eum sequuntur, hoc ipsum cauere ma= tare.
 xime uolunt, nec inficiantur, nos quoq; age= re & cooperari domino ad salutem nostram,
 tantum propter hostes gratiae Pelagianos, Pelagiani
 & qui hos sectantur, cupiunt hi diligenter et & qui eos
 pleno


sestantur pleno ore, hoc ipsum quoq; quod dōminus
sunt hostes donat nobis sibi cooperari, ipsi referre acce-
gratia Dei. pti: Et putāt ad retundendā humani ingenij
 arrogantiam, et domino laudē bonitatis suę
 adserendam nō parum interesse, ut apertius
 prædicemus cū scriptura, Deum ex sola sua
 uoluntate, sine ullo respectu, uel presentiū, uel
 fututorū meritorū, alios deputare gregi suo
 saluandos, alios colluuies malorum perden-
 dos. Vbiq; tamē sedulo affirmāt, iūdō incul-
 cant, neminem nō suo merito perire, etiam si
 nullū aliud ei sit, quā quod est à noxa primo-
 rum parentū. Nulla itaq; est in re ipsa, sed in
 modo tantum tractandi inter S. Patres in
 hac quæstione diuersitas, eaque inde nata,
 quod illi in eos potissimum respexerūt, qui
 culpam suę peruersitatis Deo adscribere mo-
 liuntur: hi in eos, qui viribus humanis plus
 satis arrogant: inde illi in proximis caussis
 rectæ actionis, inter quas & nostra uoluntas
 est, substiterunt, hi in primā, que sola Dei uo-
 luntas est, sese extulerunt. Hanc illi quoq; &
 respexerūt, & prædicarunt, sed quia res eis e-
 rat cum hominibus qui impiè caussabantur
 sibi deesse recte faciendi facultatem, cum de-
 esset eis uoluntas, amplius urgendā sibi pu-
 tarunt nostram uoluntatē: his autem erat di-
 sputatio cū ijs, qui nostram uoluntatē ultra
 quā par sit efferrent, magis ergo urgendam
 existimat uoluntatis nostrę imbecillitatē,

&

& quod in uoluntate Dei referendā sunt oꝫ Nemo quie
mnia. Huic ergo est tractationis diuersitas. quam boni
Re uero ipsa cōuenire patribus inde abunde à seipso ha
buerit, quod utrinqꝫ in cōfesso est, neminem bet, sed to
quicquā boni à seipso habere posse, quod nō tum est do
totum sic donum & opus Dei, & nihil tamē num, & ea
mali cuiquā euenire id non sua culpa probè p̄us Dei.
merito: nec etiam quicquā à nobis recte fie= Quicquid
ri, nisi nostro arbitrio & uoluntate, quibus mali cui= Deo cooperamur. D. Chrysostomus studio quam eue
sissimus alioqui adserior humang & uolūta nit, id sua
tis et facultatis ad pie uiuendū, scribit in enar culpa eue
ratione huius capititis. Non dixit Apostolus nit,
uasa recte factorū, aut uasa confidentiæ, sed Quicquid
uasa misericordiæ, ostendens quod totū Dei à nobis ré
fit. Ita D. Ambrosius, qui & ipse Originē se, dñe fit, no
cetus, illud, nō est uolentis neqꝫ currentis, ut stro arbi
aduersariorum dicū accipit, scribit in illud, trio & uo
Verbū enim cōsummans etc. conuenit enim luntate fit,
ut in solo nomine domini conditoris conse= quibus
quatur salutē creatura, hoc est, per fidem. Et Deo coope
post pauca. Sola fides posita est ad salutem. ramur.
Hæc autē æquipollit illi, sola misericordia,
nulla nostra uel uoluntate uel cursu serua
mur. Ealdem sentētias cū apud hos tū alios
patres omnes reperias quā plurimas. Ita D.
Augustinū & qui cū eo loquantur abunde
ubiqꝫ uideas de nostra & uoluntate, et culpa
attestatos esse. Conuenit igitur inter eos re
ipsa. Hactenus & quid ualeat liberum arbi
trium, explicatum sit.

F I N I S.

the same time that the ^{new} ^{reformed} church was
erected, the old church was demolished, and
the new one built upon its ruins. The new
church was built of stone, and was a large
and spacious building, well adapted for the
convenience of the people. It was situated
upon a hill, and could be seen from a great
distance. The interior of the church was
handsomely decorated, and the pulpit was
adorned with ^{the} ^{best} ^{artistic} ^{work}. The organ
was a fine instrument, and the choir
sang sweetly. The congregation
was large, and the service was conducted
with great interest. The sermon was
delivered with great eloquence, and
the audience were deeply impressed by
the words of the minister. The service
was concluded with a hearty hymn,
which was sung with great enthusiasm.
The congregation then adjourned to
the parsonage, where they were
entertained with refreshments. The
minister and his wife were hospitable
hosts, and the guests were greatly
impressed by their kind and friendly
manners. The evening passed
pleasantly, and the guests left
the house with many expressions
of gratitude and appreciation.



31-1st

fronte dñe. ite mcaſ nulli lēnq. ambi
 luteſ ſtūas. it creber' anhelic' onig
 illud agent' do pca. facere do.
 s non herodis hec puer' pica rean
 que morte legatur' pieni pibemus erat
 poſſo uſ antiquitū pereſ ſcripta ferunt
 cultellū tribunū pohilac pte ſhu
 dām q̄ piaſ ſtū pereat ſ; accad' n
 hor uido clamor confurgit. per ſtūam uila
 regna per diuinu migneſ in uile fragore

100
profectus
deinde
venerat
et vicit
victoris
veneris
veneris
veneris
veneris
veneris

101
102
103
104
105
106
107
108
109
110

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110

